



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliae
CLXXX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1568

VD16 W 1038

13. Discipulis lauat inde pedes, animosq[ue] superbos Deprimit exemplo,
quod dedit ille, suo. Arguit & Iudam, fraternum suadet amorem, Atq[ue]
Petro lapsum prædicat inde suum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)

obseruemus. Nam primò Dei patris mandatum vocat, & ita illud ab hominum doctrinis distinguit: que quocunque splendore commendentur, humani tamen cerebri fragmenta sunt, & contra preceptum Dei proponuntur, qui in sua ecclesia non aliam, quam sui verbi vocem predicari vult. Sed etiam alia adduc ratio assignari potest, propter quam Dei mandatum dicitur: nimirum quòd illud inter homines predicari vult, & perpetuam eius promulgationem mandato solenni sancit, sicut prophetarum vaticinia, & postrema Christi verba testantur, qua iam celos conscensurus Apostolus dixit. Deinde se scire ait, quòd patris mandatum sit. Item: *Que ego loquor, sicut dixi mihi pater, ita loquor.* Certum ergo est mandatum illud, neque opus est, vt de eo & eius fide vel auctoritate disputemus. Nam qui hoc faciunt, Dei filium mendacij arguunt, adeoq; Deum patrem mendacum faciunt (quod Ioannes in epistola sua Capite quinto annotat) qui totum hoc Iesu Christi negotium, quod Evangelio continetur, voce sua cœlis delata confirmauit. Præterea vitam æternam vult Evangelium: eò quòd per hoc nobis ipse offertur, qui vita est, & quòd qui illud cum fide recipiunt, in Christo vita & salutis æternæ consortes fiunt. Quòd Paulus respexit, dicens, euangelium esse preciam Dei ad salutem omni credenti. Adde his postremò, quòd sententiam extremam contineat, quæ olim electis promissa æternæ felicitatis gaudia, impijs verò sempiternos inferorù cruciatos denuntiabit. Hæc omnia cum euangelio comprehendantur, nimirum profectò ridiculi & miseri sunt (quod quid grauius dicam) qui aliud doctrine genus inducere volunt, & hoc agendò euangelium in dubium vocant, quasi hoc vel incertum sit, vel non plenè omnia tradat, quæ ad salutem nobis cognita & seruata necessaria sunt. Discant igitur ex huius loci & exempli consideratione ministri ecclesiarum, vt ipsi quoque nihil in ecclesia loquantur, quam quòd in mandatis acceperunt, ne mala fides legantur. Loquantur autem sicuti iussit Dominus disertè & liberè, adeoque in rectis proclamationibus, que spiritus ipsis occultè suggerit, & que scripturis contineri sciunt. Neque hic vllis hominum opinionibus sese absterri patiuntur, sed cum prophetis & Apostolis dicant: *Leo si rugiat, quis non timet?* Dominus Deus locutus est, & quis non prophetaret? Non possumus que vidimus & audimus non loqui. Oportet enim Deo magis obedire, quam hominibus. E contra excitent hæc ipsa omnia mines, vt cogitent non temere hoc factum fuisse, quòd Iesus Christus in vltima concione, quam publice in terris habuit, de Euangelij sui auctoritate potissimum disertè voluit. Cauent ergo vbi Iudeorum contumaciam imitentur, sed potius euangelij doctrinam Dei verbum esse agnoscant, & secundum hoc fiduciam omnem in vno Iesu Christo collocent, eidem vni viuant & seruiant, qui sui regni coheredes facere dignatus est. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in ætænum. Amen.

CAPVT XIII.

HOMILIA CXXIII.

ANTE festum autem pasche, sciens Iesus quòd uenisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mundo ad patrè, cum dilexisset suos qui erant in mundo, usq; in finem dilexit eos. Et Cœna facta (cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut proderet eum) sciens Iesus quòd omnia sibi dedisset pater in manus, & quòd à Deo exisset, & ad Deum abiret: Surgit à Cœna, & ponit uestes, & a cepto linteo præcinxit seipsum. Deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

EXPOSUIT hucusq; Ioannes duobus Capitibus, quæ Dominus noster Iesus Christus post mortem suam fecit, & quibus nonnulla quasi preparatio ad hanc contineatur. Quæ tunc deinceps vltima Cœna, quam ita describit, vt simul nobis quoq; conuincit, quòd linteum, quo anime credentiù ad vitam cœlestem alantur & confirmantur. Narrat enim ex

et peculiaria quadam Christi facta vna cum postremis concionibus, quibus & sua mortis fructum omniaq; nostrae redemptionis mysteria complexus est, & discipulos sui officij admonuit: quibus deinde perpetua doctrina continetur, qua omnium seculorum homines in suae salutis & totius vitae ratione instruntur. Itaq; si apud frugi filios magna est eorum autoritas & frequens recordatio, quae parentes ipsorum iam morituri dixerunt & fecerunt: aequum omnino fuerit, ut ipsi quoque ista meminerint & absq; intermissione assidue consideremus, quae Dei filius, redemptor & seruator nostrae iam morte adiutus, non aliam ob causam dixit & fecit, quam ut nos in salutis causa erudiret, & aduersus omne crucis scandalu instrueret. Facit autem Euangelista narrandi initium ab eo Christi facta, quo discipulorum suorum pedes abluit: cuius historiae multiplex fructus & vsus est. Primo enim humilitatem docet discipulos, quos ambitiosus de suo regno cogitationibus videbat ad conuersiones assidue accendi. Deinde ipsam mutuae charitatis officia commendat. Adhaec actio ista suae mortis fructum, ceu in tabula depictum proponit, quo vniuersum iustificationis nostrae negotium continetur. Interferuntur his nonnulla obiter, de quibus omnibus ex ordine dicemus.

Primum autem promittit Euangelista, quae tempus mortis Christi, vna cum eius causa & fructu complexi fuerit. Quoad tempus, ista ante festum pasche facta fuisse scribit. Intelligit autem eum diem, qui parasceuen magni Sabbati praecessit, & in cuius vespera siue crepusculo illum captum fuisse constat. Quia vero huius circumstantia mysteriu, & quare isto potius quam alio tempore mori voluerit Dei filius, supra Capite duodecimo enarrauimus, in praesenti minime opus est eadem repetere. Nuncia videamus, quae de ipsa Christi morte & eiusdem dilectione, qua suos profecutus est, dicuntur. Sciens, quod venisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, vsque in finem dilexit eos. Quorum verborum hic mihi sensus est: Cum Dei filius suae bonitatis & dilectionis erga suos multa argumenta edidisset, quam diu in terris hisce versatus est, sub extremum etiam vitae suae finem, quando horam suae mortis iam implere sciebat, suum illum amorem firmiter retinuit, & eius exemplum singulare prebere voluit, quo & in fide sua confirmarentur, & simul sui quoque admonerentur officij. Insunt autem istis verbis multa, quae ad fidei nostrae institutionem faciunt: quare singula diligentiore consideratione mereantur.

Primo Christus suae mortis horam sciuisse dicitur. De hoc autem frequenter tam ipse quam Euangelista nos admonent, ut constet, illum non aliqua vi coactum, sed voluntarie mortuum esse. Fuit hoc, quod Capite decimo audiuiimus: Nemo tollit animam a me, sed ego pono eam a meipso. Et quod saepe apud discipulos de ijs quae passurus erat, verba fecit: quod item et si sciret ea omnia, sponte tamen ex Galilaea in Iudeam rediit, neque vrbem modò ingressus est, verum etiam in templo publice docuit, imò in horum eum abiit, in quo se ab hostibus capiendum esse sciebat. Declaratur his obedientia ipsius, quam patri praestitit, cuius aeterno decreto destinatus erat, ut humanum genus mortis suae merito redimeret. Quia vero huic voluntarie obtemperauit, & eius obedientia pater ita delectatus est, ut eum quoad assumptam carnem quoque, in supremam dignitatem eueherit, & ei nomen dederit excellentissimum, in quo omnium superiorum & inferiorum genua flecti debent: minime dubium est, quin haec eius mors potuerit sufficiens esse pro peccatis totius mundi satisfactio. Itaque ut per Adami inobedientiam peccatum ingressum nos perdidit: sic per vnius Christi obedientiam seruati sumus, qui nobis iustitiam sempiternam reduxit, & nos patri reconciliavit. Ergo in Christi obedientia (cuius testimonium hic proponitur irrefragabile) certu firmiterq; salutate praesidium habemus, quo in tentationibus fidem nutantem possumus confirmare. At simul officij nos admonet Christus, ut ipsi quoque voluntarium Deo obsequium praestemus, si quid ex eius mandato nos facere conuenit. Sciebat ille, quid de se futurum esset, & tamen in omnibus patri obsequantissimus fuit. Nos vero, etsi pericula nobis ob oculos versentur, tamen quid nobis euenturum sit, nescimus, & frequenter letissimus eorum exitus est, quorum initia admodum dura & tristitia videbantur. Solum ergo & iniquum fuerit, si propter periculum incertum omittamus, quod nos Deo ex officio debere scimus. Quod si certo nobis mors subeunda sit, haec certe nobis optatior contingere non potest: quam si in Dei vocatione moriamur. Ita enim Christo conformes efficiamur, qui nos suam gloriam coheredes esse cupit.

Præfatur in sequentem historiam.

Christus mortis suae horam sciuit.



Mortis Christi
consideratio.

Deinde obseruemus hoc loco, ut de Christi morte Ioannes loquatur. Primò horam vocat. Ipse Dominus horas diei duodecim, id est, certas & definitas esse dixit. Ergo certum & definitum mortis sue tempus habuit, quo ea peragi debuerunt, quæ ad humani generis redemptionem pertinebant. Admonent de hoc prophetica & apostolica litteræ, quando nouissimum dierum numerum, quibus ille venire debuerit, & Paulus eum præfinito tempore missum fuisse ait. Deinde horam fuisse ait, quæ debuerit ex mundo transire ad patrem. Mors ergo ei non interitus, sed transitus fuit ex hac lachrymarum valle ad celestem gloriam, qui non antea debuit fieri, quam ea peragisset, quæ ipsi pater æterno suo decreto mandauerat. Testatur hoc ipse non obscure, quando interitum iam moriturus ait: Consummatum est. Et mox addit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: quibus dictis expirauit. Neque quoad corpus in morte mansit, sed tertio die resurrectus, illud in celos euexit, & ad dextram Dei patris collocauit. Verè ergo mors eius transitus fuit ex hoc mundo ad patrem. Quia verò mortis huius fructus ad nos redundat, transitus etiam ipse propter nos factus est, & idè rectè Paulus Christum nostrum pascha, id est, transitum dixit. Vt enim olim Israelita, cum per sanguinem agni postibus illitum, angeli vastatoris manum euasisset, per mare rubrum salui & incolumes transierunt ex Pharaonis duro & tyrannico imperio ad promissa patribus terram, ubi Deum sanctè colebant: Ita nos per sanguinis Christi meritum redempti, transimus ex diaboli seruitio ad regnum Dei & promissæ salutis consortium. Obseruauit hoc Paulus, quando dicebat, se gratias agere patri, qui nos liberauit à potestate tenebrarum, & transfudit sanguinem filij sui dilecti. Ista ergo locutione fructum mortis Christi Ioannes exprimit, ac simul interitum docet, quid de nostra morte sentire debeamus. Quia enim ille caput nostrum, & (ut Paulus ait) progenitus est ex mortuis, eadem hac mortis definitio, non minus nobis seruit, qui etiam ipsi ex hac vita calamitosa ad regni celestis hereditatem transimus. Rectè ergo D. Augustinus scripsit: Spiritus in capite data est, quod essent illo transeunte, sine dubio secutura. Docuit hoc ipse Dominus. Capite quinto, ubi de credentibus dicit, quod non veniant in iudicium, sed a morte transiant in vitam. Prodeest autem in horum consideratione diligenter versari, ut nimirum memores, non in hoc mundo peregrinos esse, non subsistamus in terrenis & huius seculi bonis, sed ad celestem patriam defesso & irremisso studio contendamus. Nam etsi transitus vocabulum de morte potissimum dicitur, propriè tamen & verè ad totum vitam cursum potest extendi: qui cum nunquam subsistet, sed in continuo progressu sit, singulis vitæ momentis ipsi quoque ex hoc mundo ad vitam alteram consortium progredimur. Curare ergo nos conuenit, ne vel mentes in huius seculi luto defigamus, vel vitam huius cursu peracto ad diabolum transeamus, ad quem colligimur, quotquot terrenis calibus præferunt. Rursum, qui Christo per fidem insiti sunt, ex his consolationem petant, quæ aletus mortis terrores confrimentur. Audimus enim hanc transitum esse ex hoc mundo ad patrem. Docet ergo carni molestum sit ex mundo discedere, mox tamen molestia omni animus liberabitur, si gitemus, vnde nos abire, & quò nos proficisci oporteat. Per mortem enim ex mundo transimus, qui sub principis sui diaboli imperio agens, totus in malo constitutus est: in quo genus omne vitiorum regnat: qui morbis, egestate, fame, bellis, & horrendis moribus assidue affligitur, qui ipse olim transibit, & in quo nunc etiam nihil firmum aut stabile inuenitur. Transimus autem ad patrem, & proinde ad patriam, quæ in celis est, ubi incorruptibiles illi & æterni diuisauri repositi sunt, quos neque fures diripiunt, neque tinea corrumpunt, & ubi in conspectu Dei saturitate bonorum omnium replebimur. Transimus denique ex hoc corpore sursum in celum, ut in seculum suum, iam ab omni vitio & corruptione repurgatum, reuertatur. Quis ergo sapiens mortem nostram ducit? Quis Christianus mortem, seu hominis interitum exhorrescat? Cuius olim in Theophrasti secularibus questionibus scribebat: Tunc erimus beati, cum corporibus relictis, cupiditatum & emulationum erimus expertes. Et apud eundem Cato de morte differens, inter alia inquit: E quidem esseror studio patres vestros, quos colui & dilexi, videntur. Neque eos verò solum conuenire aueo, quos ipse cognoui: sed illos etiam, de quibus audiui, & legi, & ipse conscripsi. Quis quidem me proficiscentem haud sanè quis facile retraxerit, &c. Et mox: O præclarum diem, cum illud animorum concilium carumque proficiscar, & cum ex hac turba & colluione discedam, & illud

Mortis nostre
consideratio.

horam vocat. Ad certum & definitum redemptorem norum dicitur non fuisse ait. Deinde interius, sed et fieri, quam se periturus, quando in uas commendat. Et tertio dicitur eius et assuetudinis etiam in peccatum dixit. Et tunc eum euasit, perierio ad promissionem redempti, et uauit hoc Pater, et transiit in it, at simul interit, ut Paulus ait. Et etiam ipse et in finis scriptis. Hoc ipse dicitur et transiit in memores, uauit in eum patrem, et paritimum dicitur quam subijcit. Et uita alterius uero defigamus, et not terrena calid petant, qua aduando ad patrem. Et liber abitur, et mundo transiit, uo genus omne, et abitu affligitur. Transiit illi et aterni ubi in confessa. Et uirpissimorum, illo die ad capto sapient mori uero olim in Te cupiditatum et er alia inuenit. Et uero sciam esse conscripti. Quia claru diem, carnalione desiderat, et

Quod si ista homo ethnicus uidere potuit, dum reliquam in nobis purioris rationis scintillulam pro-
puit uentur, nimis turpe fuerit, homines Christianos ex sacris literis & Dei uerbo tam paru pro-
fere, ut ad mortis mentionem toti trepident, & suos defunctos perinde ac si eternam amissi sint,
inplacabili luctu deplorent. Sed ad reliqua progrediamur.

Postremo enim mortis Christi causam quoque non obscure attingit: Dilectione nimirum, qua ille
nos persecutus est. Dicitur de hac etiam Cap. 3. ubi uerba eius exposuimus: Sic Deus dilexit mun-
dum, ut filium illum suum unigenitum traderet, &c. In presenti uero de ipso filio Dei, Iesu Christo,
agitur, & amor notatur continuus, qui ne morte quidem exingui potuerit, imo illi causa fuerit, ut
mortem pro nobis obiret. Oportuit autem hoc crebra inculcari, ut intelligamus, salutem nobis absque
nostro merito ex gratia sola obigisse. Nam ut alibi diximus, constat hanc in uno Christo contineri,
qui uobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio factus est. At hunc nobis dedit Pater,
non quia nos digni essemus, sed quia ipse dilexit nos. In hoc enim est charitas (ait Apostolus) non quod
nos Deum dilexerimus, sed quod ipse dilexerit nos, &c. Rursum, filius patris decreto obsecutus est,
cuius obedientia non alia ratio assignari potest, quam quod ille eiusdem cum patre essentia & natu-
ra, non potuit non eodem amore nos complecti, quo nos pater complectebatur. Itaque, tota nostra salutis
ratio in Dei gratia & amore fundatur, & simul extincta & explosa iacet uniuersa nostrorum ope-
ram suae meritorum fiducia.

Causa mortis
Christi.

At quia simul de multis alijs nos admonet Iesu Christi dilectio, diligenter admodum de ea Ioan
nes differit, cuius singula uerba excutere non fuerit superuacaneum. Primo quos nam dilexerit, do-
cet. Nimirum s. u. o. s. Ita uero electi dicuntur, quos alibi a patre sibi traditos esse ait. At qui nam
sibi sunt, infra Cap. 17. docebit, quando de discipulis siue apostolis uerba faciens, inter alia dicit: Non
petis tantum rogo, sed et pro ijs qui credituri sunt per sermonem eorum in me. Pro suis ergo agno-
scit Dominus omnes, qui ipsum per fidem agnoscunt, quale nobis apostoli tradiderunt. At doctrinae
eorum compendium in Symbolo continetur, quod uulgo apostolorum dicunt. Deinde Christum suos
dilexisse ait, qui in mundo erant. Quae additio minime superuacanea uideri debet. Dum enim in hoc
mundo peregrinamur, a Christo alieni esse uideamur, & hoc frequenter nobis satan persuadere cona-
tur, si quando aduersis & cruce grauiori tentamur. Docet ergo nos propter mundum hunc, quo nobis
dum hic uiuimus necessario uendum est, nequaquam a Christo separari, quod minus ille nos diligit,
Imo dum illum suos dilexisse dicit, qui in mundo erant, non obscure inuirit, hanc potius dilectionis
huius causam esse, quod in mundo pluribus malis obnoxij, efficaciori ope & protectione opus habemus.
Nam ut pater filios, qui ex ipsius mandato apud externos peregrinantur, non ideo negligit, quod lon-
gus ab sint a domo paterna, sed eo ardentius amat & curat eos, quos nouis quotidie laboribus atque
periculis exerceri nouit: Ita Dei filius nos negligere non potest, qui in terris hinc peregrinamur, &
ab illo nobis praescriptum uita huius cursum per agimus, in quo infinita nobis quotidie accidunt, quae
ipsius cura & prouidentia declinari oportet. Est hoc magnum dilectionis diuinae argumentum, quo
nos ipsi in persecutionibus, in morbis, egestate, fame & quibuscumque alijs afflictionibus consolari debe-
mus, quibus hac uita nostra scaet. Postremo in fine uisus suos dilexisse dicitur, ad eum ut ne acerbi-
sima quidem mortis recordatione amor iste exingui potuerit. Unde certo colligi potest, multo magis
nunc uos ei curae esse, quando ille nullis proprijs curis aut sollicitudinibus distinetur. Et quamuis praes-
enti locus de ipsius Christi sine uel morte proprie intelligi debeat, non minus tamen de nostra etiam
morte idem sentire debemus: quod nimirum haec quoque nos ab eius dilectione separare nequeat. Qui
enim nostri amorem non deposuit, quando ex hoc mundo ad patrem abibat, multo minus illum excure
potuit, cum nos ut ipsum sequamur, relicto hoc mundo ad patriam caelestem contendimus. Absur-
dum siquidem foret procul absentes amare, eosdem uero iam iter ingressos & tibi appropinquantes
negligere uel adijce. Hec autem ut in mortis articulo constitutus dulcissimam consolationem exhib-
uerit: quid nos facere conueniat, docent. Redamemus ergo Christum, qui nos tanto amore persecu-
tus est, amorem uero nostrum testemur obedientia studio, & fraternam dilectione, qua eos complecti
mur, quos Christus sui sanguinis precio redimere, & sibi fratres atque coheredes adoptare dignatus
est. Haec qui non obseruant, ij profecto satis testantur, se de Christi redemptoris dilectione nunquam
ad huc serio cogitasse.

De dilectione
Christi erga
suos.



Occasio ablu-
tionis pedum.

His præmissis ad historiam ablu-tionis pedum euangelista transit. Videtur autè factò hinc oc-
casione dedisse ambrosia discipulorù contentio, quam illos inter canandum de primatu insinuat,
Lucas scribit. Fuerat ea aliàs sepe suscepta, & nò semel illos Christus hoc nomine corripuerat. Sed
verò nihil hucusq; vel monendo, vel minitendo profecit, in præsentem exemplum præbere voluit, cum
nunquam possent obliuisci: dum ipse vsq; ad sese demittit, vt vilissimum contemptissimum, officium
ijs præstet, qui ne seruulorum quidem loco haberi merebantur. Est autem in hac descriptione ad-
modum diligens Ioannes. Nam non modò summam rei exponit, sed omnes eius facti circumstantias, et
quæ tunc fuerit rerum omnium conditio, ex ordine cõmemorat: vt ita videamus quanta fuerit mali-
seruatoris humilitas, & eò magis excitemur ad eius imitationem. Et rursum à tempore excessus, hoc
iam Cæna facta illum fecisse ait. Loquitur autem de epulo paschali, & Cæna mystica, quam in illius
iam abolendi locù substituit. Verumq; verò Ioannes omisit, vna cum multis alijs, quæ ad eius Cæna
preparationem pertinent, eò quòd ista omnia ab alijs prolixè iam tradita esse sciebat. Et quoad Cæ-
nam illà mysticam, ea iam procul dubio omnibus probè nota, & passim in vsu erat, vt minime e-
esset nouam de ea narrationem instituere: quado non aliud de ea dici poterat, quàm quòd alij ab alijs
dixerant. Ad hæc quæ ad illius sensum mysticum & verum eiusdem vsus spectant, Cap. 6. iam pro-
dem exposita fuerant ab ipso Christo in ea disputatione, quàm de vera & salutarì corporis sui man-
dicatione habuit. Hic verò ad commendandam Christi humilitatem facit, quòd post tanti mysterij
tractationem, seipsam quasi ex sublimi calorum fastigio ad discipulorum pedes vsq; demittere digni-
tus est. Arguit autem suo exemplo eos, qui sub prætextu ecclesiastici ministerij superbiunt, & im-
nitatem sibi vendicant ab officijs omnibus, quæ vel publicè vel priuatim proximo debentur. Et hæc
hoc mira insolentia Pontifices, sacrificuli, & Monachi imprimis, qui parentibus quoq; præstanti
cia neganda putant, ne quid faciant à sua professione alienum.

Christus non
absterretur lu-
de flagitio.

Deinde ad Iudam proditorem redit, de quo cap. 12. dixerat, & quid ille iam penes se cõstitutum
habuerit docet: vt Christum ne periculi quidem imminentis recordatione ab hoc officio renouatissi-
mè ostendat. Dicit enim hæc cum tunc fecisse, cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Iscariotæ, vt
illum proderet. Et diaboli quidem diserte meminit (quem admodum & Lucas, qui satanã in cor Iudæ
intrauisse scribit) vt verum tanti sceleris autorem indicet, ne quis illud ipsi Deo acceptum ferat, vt
Iudam ab omni culpa liberet. Et si enim nihil absq; prouidentia Dei decreto factum sit, qui Iudam
ad illius executionem bene vsus est, non tamen ipse malitiã eam illi instillauit, sed ubi inuenit
ad eum finem direxit, vt nostrã redemptionis negotio inseruiret. Quòd si queras, quis illã Iudæ
stillauerit? nos cum Ioanne & Luca respondemus, diaboli istud fecisse, quæ Christus ipse supra non
dicit & homicidij autorem iam inde ab initio fuisse dixit. Imò si rem omnem penitus seruetur,
propria malitia Iudas peccauit. Nã vt Cap. 12. audiuimus, natura auarus & turpissimè auarus
mancipium fuit. Hæc furem fecit & sacrilegum, qui ex Christi erario surripere, quæ à pijs conser-
bantur. Cum verò in Cæna Bethaniensi furti vberioris spes oblatã subito enauisisset, murmuratè
indignabundo impiam de Christo prodendo cogitationem suggestit satan, vt eã ratione sacræ tabe-
ram, quàm se fecisse putabat. Suggestionè hanc infelix admisit, quia improbo suo affectu eam cum
nre sentiebat: nec admisit modo, verum etiam fouit, inq; ea confirmatus ad sacerdotè abiit, & pã-
mercede suam illis operã ad scelus hoc nefandum pollicitus est. Itaq; in Iuda omnis culpa hæret,
audiri debent, qui spinosis suis disputationibus Deum scelerum autorem faciunt. Discamus penes
hoc exemplo, quibus artibus & insidijs nos satan circumueniat, & quòd iusto iudicio tantis ei periculis
eat Deus, si impura carnis studia illius mandatis præferimus. Cogitemus item quàm plena pernici-
sit nostra in terris conditio, & quàm facillè labamur, si suam manũ nobis Deus subducatur. Quod er-
rum de nobis fiat, cum in apostolo & domestico Christi tantum satan potuerit? Confutatur etiam
hoc exemplo, qui Romanos pontifices errare posse negant, eò quòd apostolorũ successores sint. Quod
ridiculè enim hoc dicant, ex eo apparet, quòd ipsos apostolos satan in errores abducere, & Iudam
Christi proditorem efficere potuit. Sed de his alibi quoque diximus. Nunc euangelistæ confitemur
obseruemus, qui vt Christi humilitatem & ardens erga nos studium amplifcet, ostendit eam esse
temporis fuisse rerum conditionem, vt Christus (si humanam rationem voluisset in consiliũ adhibere)
structas sibi insidias potius cauere, quàm de hoc tam vili & sordido officio cogitare deberet.

Non tamen non absternit illum periculi magnitudo, ut ipsi etiam proditori pedes abluerit.

Tertio Christi maiestatem commemorat Iohannes, & hunc sciuisse ait, quod omnia sibi pater de Deo exisset, & ad Deum abiret. Quibus verbis comprehendit breuiter, quae ad gloriam & maiestatis eius commendationem faciunt. Eum enim esse dicit, cui pater omnia dedit. Ergo plena illi in omnes creaturas potestas est, nec plena modo, verum etiam legitima & libera: eo quod a patre eam accepit quasi iure hereditario: & quidem in manus, ne eorum potestatem pateret, qui potestate quidem ore & verbis iactant, re ipsa vero nihil faciunt, aut facere possunt, quo illam publice declarent. Talem nobis Iudas quoque Christum depingit, qui imperium suae regnum humeris gesserit, & ipse ea administraret, quae ad eius faciunt conseruationem. Deinde illum a Deo exiisse, & ad Deum reuersurum fuisse ait. Exprimit his illius deitatem & totum incarnationis mysterium, cum omnibus patri, quae in hisce terris ab eo facta sunt. A Deo enim exiit generatione aeterna, quae uerus & pater coaeternus atque coessentialis est Dei filius. Exiit item a Deo, quando in mundum uenit, & homo factus ea obuiuit, quae ad generis humani redemptionem pertinebant. Et secundum humanam naturam ad Deum abiit, quando absoluto nostrae redemptionis negotio, caelos ascendit, & ex nobis assumptam carnem caelesti gloria donauit, in qua nunc ad dexteram patris consistit. Et talem quidem se iam esse sciebat, & prouide non opus ei erat, ut aliquem sibi hoc officio obstringeret. Nihilominus tamen hoc fecit, quod mox audiemus. Est hoc ingens modestia & humilitatis Christi argumentum. Solent enim interdum, qui uel suae dignitatis nescij sunt, uel aliorum opera indigent, inferioris sortis hominibus amice & familiariter conuersari, suamque illis deferre officina. At idem, ubi suam maiestatem agnoscunt, & nullius alterius auxilio sine beneficio sibi opus esse uident, mox cristas attollunt, & non modo temere obuios despiciunt, verum etiam eos insolenter negligunt, quorum opera & familiaritas ipsis aliquando iucundissima, aut etiam necessaria fuit. Christus uero, cum nihil eorum ignoraret, quae ad suam dignitatem faciunt, neque alicuius hominis ministerio opus haberet, & iam ex mundo discessurus esset, extremam tamen humilitatis exemplum discipulis suis, uel potius nobis omnibus praeberere uoluit.

Christus sua maiestate non effertur.

Hic postremo ipsum Christi facti Iohannes subiicit, quod ita describit, ut in eo nulli abiectissimi seruali officium desideret. Ipse enim discipulis discumbentibus adhuc, prior a mensa surgit: quod factum esse ex usu quotidiano omnes norunt. Deinde uestes (superiores nimirum & longiores) deponit, ut ad opus sit expeditior. Mox limtheo se ipsum praecingit, ut ipso etiam habitu seruum referat. Inde aquam in peluum infundit ipse, ne in hoc quidem alterius ministerio utens. Tandem inclinatus & demisso corpore, discipulorum pedes suis manibus abluit. Neque abluit modo, sed ablutos etiam extergit limtheo, quo sese in eum usum praecinxerat. Quod pro more quidem eius gentis & seculi factum est, quando hospitum pedes abluere solebant (eo quod caligis carerent, & fere domi calceos quos, aut sandalia deponerent) at tamen nouum & insolens fuit quod hic fit: quia officium hoc Christus seruis & discipulis praestat, imò ipsis, qui paulò post ipsum turpiter neglecturi erant: ut iam de Petro abnegatore & Iuda proditore nihil dicamus. Sunt ergo haec stupenda admodum, si cum iis ingenium carnis nostrae ambitiosum & insolens conferamus. Quia uero se nobis exemplum dedisse mox dicit, uideri oportet, ut nos illud debeamus imitari. Peccant enim hic stulta & detestabili emulacione potentissimi Monarchae, adeoque ipsi Pontifices: qui ubi toto anni tempore bellis iniquis & inimicè necessarijs totum orbem turbauerunt, incendijs & rapinis multa vastarunt, & omnes prope terrae angulos sanguine Christiano tantum non obruerunt atque suffocarunt: se omni pietatis officio egregie defunctos arbitrantur, si in die Cœnae (quem illi Sanctum dicunt) aliquos deligant, quos discumbentibus ipsis inseruiant, & tandem iisdem pedes lauent. Quasi uero hoc tam leui officio immensissima flagitia, quae aduersus innocentiam & charitatem Christianam leges designarunt, expiari possint. Nec contenti sunt Christi exemplum Iudaei & Turci ludibrium fecisse, nisi in stulta & hystrionica eius emulacione meritum salutis constituant, & simul Christum sua gloria spoliens, in cuius solo sanguine peccatorum ablutio & expiatio queri debet. Nos ergo longè aliud Christi consilium fuisse cogitemus, ut qui non scenicum ludum instituere, sed exemplo suo perpetuè humilitatis studium nobis commendare uoluit: ne nos alicuius officij erga proximum pudeat. Estque doctrina haec claudendum necessaria. Ut enim superbia peccati principium & grauissimarum turbarum inter ho-

Ablutionis peccatum historia.

Abusus huius exempli.

usus uerus.

ut factu hinc...
imatu inflanti...
corripuerat. Quae...
bere uoluit, cum...
Simum, officium...
descriptione admi...
circumstantias...
nana fuerit, ubi...
npoze excofise, hoc...
aca, quam in illis...
que ad eius Cœna...
bat. Et quoad Cœ...
re, ut minime opo...
quod alij abluere...
er, Cap. 6. iam pr...
corpore sui man...
post tantum mysteri...
q. demittere dig...
perbunt, & inno...
deberent. Et tunc...
s quos, pietatis...
uenes se cœlestium...
officio renocant. I...
ude Iherosolima, u...
satanis in cor Iuda...
accepit, qui ergo...
in sit, qui Iuda...
e, sed ubi uincunt...
quis illa Iuda...
fuit ipse supra non...
enitius seruitus...
urpissimis aeterni...
qua a pijs conu...
set, murmuratio...
cione faceret Iuda...
affectus eam con...
tes abijt, & facti...
is culpa haeret, p...
e. Disiamus pecc...
icio tantum a per...
quam plena per...
ducat. Quod tunc...
confutatur etiam...
efforescunt. Quod...
ducere, & Iuda...
angelis confite...
ostendit eam nec...
in consilium ad...
cogit are debent.



mines causa, sic humilitas fideissima charitatis nutrix est: quæ ut mutuis officijs fouetur, ita uterque superbos & fastuosos locum habere non potest. Itaq; optimus historie huius interpres est Paulus, qui ad Philippenses sic scribit: Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua communitio spiritus, si quæ viscera & miserationes: explete meum gaudium, ut similiter sitis affecti, eandem charitatem habentes, unanimes, idem sentientes: ne quid fiat per contentione, aut per inanem gloriam, sed ex humilitate animi alium quisq; se præstantiorem habeat: ne sua quisq; spectetis, sed unusquisq; etiam quæ sunt aliorum. Enimvero is sit affectus in vobis, qui fuit & in Christo Iesu: qui cum esset forma Dei, nõ duxit rapinam paræ esse cum Deo: sed seipsum exinanivit forma serui assumpta. Quæ verba, si cum Christi exemplo conferas, qui non modò in præsentem pedes discipulo rutilant, & tunc eo tempore quo in terris versatus est, quibus suis seruiuit omni officiorum genere, verum etiam nos sanguine suo à peccatorum sordibus ablueri dignatus est: mox videbis omnes præsertim nobis eripi, quibus superba caro seipsam fallit, & humilia hæc charitatis fraternæ officia negligit. Alii enim generis nobilitas, alios muneris sui, quod sustinent, dignitas ita effere, ut indigentium patres à quibus humiliter facere, quo proximus iuuari possit. Multos sui ipsius fiducia mebrat, ut se nullius operæ indigere arbitrentur, & proinde omnes inferiores insolenter fastidiunt. Alios rursus pro proximi conditio humilis & abiecta, alios item ingratitude (qua nihil in mundo vulgari haberi) præter veteres inimicitie absterrent, quò minus alijs inseruiant. At quis nobilior Christo, cuius generatio, quoad diuinitatem, æterna ex Deo est, quoad humanam verò naturam, ex virgine castissima, & sanctissima multisq; rebus & prophetis nobilitata, patriarcharum familia ortum suum habuit? Quis eodem excellentior, si officij dignitatem spectes, quem Deus sui populi regem & sacerdotem æternum constituit? Vel num alicuius indigum fuisse putabimus, cui pater omnem potestatem tradidit in celo & in terra? & qui in vili atq; mortali carne vitam degens, morbis, ventis, mari & inimicis viribus, imò etiam ipsi morti pro arbitrio suo imperabat? Quòd si verò nos cum illo conferas, pater modò indignos tanto beneficio, verum etiam propter manifestam rebellionem, in comparabilem indignitatem & inuitam contumaciam, sempiternis inferorum cruciatibus dignissimos esse patet. Quomodo enim ut illum olim nec apostolorum ambitio (cuius specimen nimis pudendum in vltima Cena delirant) nec eorundem mox securura fuga & desertio, neq; Iudæ proditoris presentia absterrent, qui non ad pedes vsq; illorum sese demitteret: ita neq; nostra indignitas summa obstitit, quò minus humiliter, & vnà cum carne nostra etiam serui formam assumere voluerit. Ergo desistat illis placere diabolica est eorum arrogancia, qui bonis alienis & diuiniis acceptis, ad hæc tempora atq; & extendis, eò vsq; effertur, ut fratribus inseruire detrectent: aut qui se extra omnè teli iactum constitutos, & proinde nullius hominis operæ indigere putant: cum tot exemplis doceamur, interdum potentissimos & potentissimos reges hominum pauperum & abiectissimorum ministerio opus habere. Nam quod Xerxi accidit, ut piscatorie nauicula subsidio euaderet, qui paulò ante maria nauis in ceu ponte corinuo strauerat, hoc ipsum multis olim euenisse historici testantur, & nona quosdam generis exempla occurrunt. Vel cur iniurias, quas ipsi à proximis accepimus, plus ponderis habere a bitramur, quam quas Dei filio inferimus, quibus tamen hic se superari non sinit, quò minus suæ meriti nobis offerat, ut eo à peccatis omnibus emundemur? Quomodo rectius Moses & Paulus qui Christi spiritu ducti, pro hostibus suis intercedere, & ut eorum saluti cõsulerent, ipsi potius à vitam deleri, & anathema fieri voluerunt? At quia de his plura alibi sequentur, hæc modo dicta sufficiant. Nos exempli huius memores, salutis nostræ fiduciam in vnum Iesum Christum collocemus, cuius bonitas tot argumentis perspecta est: eiusdem verò vestigia sequamur, ut sui regni coheredes faciat. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

HOMILIA CXXIIII.

Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei ille: Domine, tu mihi lauas pedes: Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis nunc, cognosces autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, nõ habebis partem mecum

cum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, nō solum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non opus habet, nisi ut pedes lauret, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed nō omnes. Sciebat enim quis nam esset qui proderet ipsum, propterea dixit: Non estis omnes mundi.

Datus Ioannes ex ijs, quae Dominus noster Iesus Christus iam moriturus fecit, non temere eam historiam singulari diligentia describendam putauit, qua narratur, ut discipulorum suorum pedes abluerit. Continet enim praecleara mysteria, quorum cognitio omnibus ijs necessaria est, qui eius discipuli censeri, & in ipso salutem consequi volunt. Nam ut multa alia omittamus, primo humilitatis studium commendat, quae fidei fraterna dilectionis nutritrix est. Deinde fructum mortis eius elegantis typo exprimit, & in eodem totum nostrae iustificationis negotium quasi oculis subiicit, ex qua salutis uestra ratio tota dependet. Et de primo quidem nuper diximus, & plura deinceps sequentur, quando ipse Christus huius facti sui mysterium exponet. In praesenti alterum excutimus, ad cuius expositionem partim ipsum Christi factum pertinet, partim colloquium eius, quod ipsi cum Petro inuenimus. At quia simul multa alia concurrunt, quae considerationem diligentiorē merentur, non inuicem fuerit, singulas partes ex ordine videre.

Principio ad Petrum uenisse dicitur Dominus, ut illius pedes lauaret. Quo loco de ordine, quo hoc factum sit, non eadem est ueterum interpretum sententia. Augustinus à Petro exorsum fuisse putat, & eius sententiam libenter recipiunt Papistici doctores, ut Romani Pontificis primatum stabiliant, quem Petri legitimum successorem esse contendunt. Sed licet illud demus, ridiculum tamen est, quod isti ex eo colligunt, cum primatus ille & ambitiosa eius affectatio hic eueratur potius quam stabilatur. Quia enim humilitatis exemplum praebere uoluit Dominus, & (ut ipsi sentiunt) à Petro eius rei initium fecit, quis nō uideat illum ambitioni occurrere uoluisse, quae Petri successores sibi primatum uindicatos esse prouidebat? Cur ergo eum sibi uendicant, à quo ipsum Petrum tam merabili exemplo Dominus deterruit? Chrysostomus lauandi initium à Iuda factum fuisse ait, quem hoc officium libenter admisisse putat, eod quod natura procerior & Christi minus obseruans fuerit. At uentura harum sententiarum argumentis firmis & certis nititur. Ex uerborum tamen contextu apparet, aliquorum pedes iam ablutos fuisse, priusquam ad Petrum ueniretur. Iam ante enim dixit Evangelista, Christum cepisse lauare discipulorum pedes, & ablutos lintheo extergere. Nunc uerò ceptam narrationem continuans, quid factum sit docet, quando ad Petrum ille uenit. Nimirum, quid is rei nouitate attonitus, & Christi dignitate cum sua conditione misera & infelici conferens, iactans hoc indignissimum & intolerabile esse putauerit. Ideo cum interrogatione, quae abominationis speciem habet, Christum hoc officium sibi offerentē reiecit, dicens: Domine, tu mihi lauas pedes? Quam magnificè enim de Christo senserit, non modo in eius confessione cernitur, quam semel & iterum edidit, uerum etiam ex eo, quod cum illum ex miraculosa piscium captura primò agnouisset, mox ad gestum eius precipitans exclamauerit: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. At quod illic laudè modesta meretur, hic non caret iusta reprehensione, ut paulò post uidebimus. Exhibet autē nobis suo exemplo Petrus typum carnis nostrae, quae ut in Christo gloriam huius seculi quaerit, ita eiusdem humilitate offenditur, & frequenter peccat, quando ad dexteram, id est in meliorem partem nimium desistit. Accidit hoc multis hodie, qui ne quid humiliter de Christo sentire uideantur, cultū omnem illi indignè putant, qui nullo externo splendore commendatur. Quotquot itē humane in Christo naturae maiestate exinaniri & negari putant, nisi suis proprietatibus planè exuta, diuinitati per omnia aequentur. Quotū erit similes sunt, quibus inciuile & irreligiosum uidetur, ad ipsum Christum rectè contendere, nec uti mediatoribus Diuis, quibus ipsi hoc officium, nullo scripturarū testimonio suffulti tribuunt. Nos ergo in unū Christū intenti, eius dictis et factis nos accommodemus, neq. carnis rationē in consiliū admittamus, quando de fidei mysterijs agitur, quae omnē humani intellectus capere longè superant.

Facit hic Christi admonitio, qui Petro dicit: Quod ego facio, tu nescis, tu nunc nescis. Quibus uerbis eum communit ignoantiae admonet, quae sit, ut plerumq. nō intelligamus salutis nostrae mysteria, quando illam nobis Deus quam maxime offert. Ex eo autē colligit Dominus, non

Num Christus à Petro exorsus sit.

Petrus Christus abs se reiecit.

Quod ego facio, tu nunc nescis.

fouetur, ita tunc
er prae est Paulus
at is, si qua commo
tis affecti, ac de
er inanē gloriam
eis, sed magis
su: qui cum e
erit assumptu
pulo rō laur, et
e, uerumetia
es praerectus ubi
ia negligit. Ali
dignum patet d
at, ut se milia
Alio: rursus pr
arius habetur) p
o, cuius generat
castissima, & i
sum habuit. Qu
sacerdotē etiam
estatem tradidit
eri & immensu
illo conferat, non
rabilem ingratu
esse patet. Ali
ylica C. ena. de
absterunt, qui
rit, quò minus
desestabilis plac
porarij & ex
eli iactum confu
tur, interdum op
isterio opus hab
ante maria nauis
nona quosdam
ponderis habere
quò minus sua
Moses & Paul
nt, ipsi potius t
hac modo dicit
Christum collocat
sui regni coelestis

ur mthila
efcis nunc
ps pedes in
artem me
cum

remere ijs oblectandū esse, quæ nō intelligimus, cum veræ pietatis sit, carnis sensum & intellectum omnem per fidei obedientiam Dei verbo subijcere. Est ergo multiplex huius dicti vsus, & latissime extendi potest. Nam locum habet in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent: vbi multis ridiculum videtur, illum in cætibz sacris, verbi prædicatione, sacramentorum vsu, publicis precibus & alijs modi rebus constituere. Hi ergo hoc Christi dictū sibi applicent, & quæ Deus instituit diligenter obseruent, & paulatim sentiant magnum earum rerum vsum esse, quæ carnis iudicio lenia & inuisa videntur. Ita Anabaptista absurdum & ioculariū spectaculum esse clamant, infantes baptizantur, qui mysteriorum omnium ignorantes sunt, & quid illic agatur non intelligunt. Ergo illorum iudicio ridiculus fuit Christus, qui in præsentem pedes Petri abluir, quem huius mysterij ignorantia ipse restatur, & alibi puerulis manus imponit & benedicit, qui & ipsi quid agerent non intelligunt. Vel num circumcisionem lusum fuisse dicent, quæ olim infantes octavo a natiuitate die in fœderis ecclesie cōfortium recipiebatur? Quod si ipsi nondum vident, quæ ratione hoc ita inuiserit Dominus, patienter ferant hanc suam ignorantiam, & sibi dictum putent: Quod ego facio, vos nunc nescitis, sed tūc autem postea. Similiter multi sub cruce & afflictionibus aduersus Deum impatienter marantur, eius iudicia accusant, seq. præter meritum ab eo indignius tractari quiritantur. Sed isti quoque hoc Christi dictum seruiunt, & si carnis affectū paulisper reprimant, mox euentus rerum illos docent, Deum nihil absq. certa & iusta ratione instituisse. Nec minus ad præcepta de moribus hoc sententia accommodari potest. Nam hic quoque carni nostræ multa videntur præter rationem prohiberi & præcipi: qui deinde omnis inobedientia fons est. Cogitemus ergo carnem nostram natura carum & ignorantē esse, & quamuis illi multa æquo duriora & prorsus iniqua videntur, obedientiam tamen Dei præceptis, & mox res ipsa docebit, nihil ab illo melius, iustius nobisq. salutaris cōstitui potest. Continet ergo breue hoc Christi dictum præcipuam partem sapientie, quam in rerum diuinarum & humanarum cognitione consistere aiunt. At nupiam frequentius & perniciosius nostræ carnis ratiō impingit. Ne quid enim videamur ignorare, aut cæco affectuum impetu rapi, temerarias contra Deum & verbum eius disputaciones suscipimus. Sed non debet noxia putari aut turpis ignorancia cuius auctor nobis est Deus, qui suo tempore reuelabit quæcunq. nobis sunt necessaria cognoscenda. Interea verò summa sapientia fuerit, carnis sensum & affectus per fidei obedientiam Dei rationati subiugare.

Sed ad Petrum reuertamur, qui nondum cedit Christo, & proinde nec videri vult, qui aliquid ex ignorantia faciat: quin maiori contumacia se illi opponit, dicens: Non lauabis meos pedes in aqua. Quod etsi modestia magna argumentum sit, & pia animi intentione ista loquatur, peccatum tamen grauius, quod de ignorantia sua admonitus, eam non agnoscit, & insuper Christo resistit, quem videbat rem seriam agere, quicq. nullum vnquam de se dederat inconsulte temerariū cimen. Ideo non sine graui ratione Dominus ei respondet: Si non laueris te, non habebis partem meam, id est non eris mihi confors, non fratrem neq. cohæredem te agnoscam, denique nihil tibi mecum commune erit, & proinde neq. salutis eius particeps eris, quam ego meæ mortis merito acquiram. Hæc grauis admodum sententia, quæ nihil terribilius dici poterat. Atqui huic obnoxij sunt, quæ per Christo sese opponunt, quem Deus pater ab omnibus audiri vult, & ideo auctoritatem eius vobis celesti confirmauit. Neq. hic aliquem excusabit animi intentio, cum alibi quoque monet Deus, ut quæ nobis bonum videtur faciamus, sed in eius præceptis ambulemus: à quibus neq. ad dextram neq. ad sinistram desistere debent, qui eius cultores haberi volunt. Et satis nota est sententia, quæ olim Iudaicis sacrificia improbauit: Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius re obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quàm victima, & auscultare magis quàm offerre adipem arietum. i. Sam. 15.

Quid verò Petrus? Exhorrescit ad eam grauem Christi sententiā, quæ procul dubio nihil acrius & intolerabilius illi accidere poterat. Scimus enim eum Domini amantiſsimū fuisse, cuius amoris & studij multa & egregia argumenta dedit. Ideo exclamat: Domine non solum pedes meos, sed & manus & caput. Quasi diceret, Quādo ita vis, agedū nulla in me posthac erit mora, & petrus quæ abs te separari velim, vnā cum pedibus caput quoque & manus, adeoq. totum me, quatenus quatenus sum, lauandum tibi præbebo. At hæc dicendo, iam in alterā partem peccat, dum quasi partem conficiat

Christus, plus quiddam exigit. Ita verò solet caro nostra, & in quamcunque partem inclinet, nimia est. Quò magis nos in Dei verbum intendere oportet, ut illius affectus eius frano coerceamus. Sed et Christus Dominus nimium hoc sui discipuli desiderium repressurus responderet illi: Qui locus est, non opus habet nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Quibus verbis illum monet, ut accepti beneficii memor, de ijs sermò cogitet, quæ ipsi adhuc desunt, & quas caro nobis aspergit maculas, quorundam aliter studeat, ut paulò post fustius dicitur. Et quia Iuda proditoris facinus ingens scandalum discipulis daturum erat, de eo etiam præmonet, & illos quasi præmunir, quò minus offendantur. Et verò inquit mundi estis, sed non omnes. Quod de Iuda dictum fuisse, ipse Euangelista testatur. Vbi admirabilis Domini mansuetudo nobis consideranda venit: qui etsi præmonitione ista discipulis opus habere videret, adhuc tamen à nomine proditoris abstinet, ne ei ostium penitentiæ præcludat. Sed plura de hoc quoque infra sequentur.

Et hoc quidem in huius historie expositionem quoad literam, hucusq; diximus. At quia his simul iustificationis doctrina.

Primo qui nam & quales nos simus videre cõuenit. Immundi nimirum, & propter immunditiam salate atque vitæ indigni. Quod Christus quidem non obscure innuit, dicens: Nisi lauero te, non habebis partem mecum. Evidentius tamen in Petri exemplo, quasi in speculo, hoc nobis spiritus sanctus speculandum exhibet, ut quæ sit eorum conditio videamus, qui optimi & sanctissimi sunt, si in naturam omnibus naturam consideres. Hic enim de Christi factò secundum carnis rationem iudicans, illud plane absurdum & indecens esse putat, & proinde eum abs se reiecit. Sed hunc sibi dicentem audivit, quòd ego facio, tu nescis nunc, cognosces autem postea. Eadem est planè omnium nostram conditio, ut iustitiam & peccatorum abluionem (qua omnino nobis opus est) non modò non possimus nostris viribus assequi, sed eius assequenda rationem quoque non intelligimus. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Et nisi homo renatus fuerit è supernis, regnum Dei videre non poterit. Ergo quàm diu nos ipsos audimus, non modò non admittimus quæ ad salutem nostram faciunt, verum etiam toto animo ab ijs abhorremus. Aut enim non agnoscamus nos abluione peccatorum opus habere, eò quòd nobis ipsi iusti & sancti videmur: aut nostris viribus nostrorumque operum meritis freti, illam in nobis ipsis querimus: vel conscientie nostræ testimonio superati, de illa omnino desperamus. Itaque si quando Christus predicatur, & hic per euangelium suam nobis operam offert, alij quidem se indignos putant, quibus hoc officium ille præstet, aut inuicem sibi fieri arbitrantur, si alij ablegentur, qui sibi ipsis abunde sufficient: multi doctrinam hanc scandali plenam & bonis operibus inimicam esse clamant. Impegerunt olim ad hunc lapidem pharisæi, qui dum suam iustitiam stabiliebant (ut Paulus ait) iustitiæ Dei, quam hic nobis in filio offert, subijci noluerunt. Quod ipsum inter gentes philosophi quoque accidit, ijs imprimis, qui summum hominis bonum in virtute constituerunt, huius verò originem atque caput ignorantes, fidem nimirum, quæ sola nos ad omne bonum idoneos reddit. Et hodie huius erroris exempla passim occurrunt, imprimis apud Romanos Pontifices, qui cum Petri successores dici velint, illum in hoc vno egregie imitantur, quòd Christi merito abluere nolunt, sed suorum operum meritis & proprijs iustificationibus confisi, iustitiam fidei, quam is nobis offert, nimis ignominiose fastidiant. Primum verò eundem Petrum imitati, contumaces illos spiritus deponerent, si sequere Christo tandem latandos præberent per fidei obedientiam. Est autem hoc primum caput in salutis nostræ negotio, ut nos miseròs, immundos & proinde (quantum in nobis est) à regno Dei alienos & prius excludendos esse agnoscamus. Urgent hoc passim sacra scriptura, & hunc præcipuum legis vult esse Apostolus ad Romanos & Galatas copiosè docet, ut in ea ceu speculo quodam peccata nostra speculemus, & eadem latentem in nobis corruptionem arguat, quam nos philantia fascino excæcati ex nobis ipsis videre aut agnoscere non possumus. Et hoc in nouo testamento primum euangelicæ prædicationis caput Christus infra cap. 16. constituit, quando de spiritu sancto loquens ait: Hic cum venierit, arguet mundum de peccato, &c. Quod Apostolos in suis scriptis & concionibus fecisse, notum est quàm ut multis demonstrari oporteat. Neq; absq; causa hinc docendi initium fieri vult Do-

lustrationis doctrina.

Homines natura immundi sunt.



minus. Primò enim cognitio hæc nostræ conditionis tam corruptæ & misere nos de salute cogitans cogit, & seruum eius studium in nobis accendit. Deinde hypocritica iustitie cristas deprimit, & salutis nostræ fontes in Dei gratia monstrat, eorumq; imposturas euerit, qui infelices dominos in suorum operum meritis considerare docer. Quod enim meritum allegabunt coram Dei iudicio, qui sensus relinquuntur, ne prima quide nostræ redemptionis rudimenta intelligunt, & se ablutione peccatorum opus habere ignorant?

Christus solus
nos abluit.

Secundò, quis nos abluat & purget, videndum erit. Docet hoc discretè Dominus, quando Petrus dicit: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Poterat dicere, Si non lotus fueris, &c. Sed loqui voluit, Si non lauero te, vt se huius ablutionis aut emendationis nostræ autorem siue matrem esse doceret. Etenim si nos spectes, ablutio ista à nemine mortalium fieri potest. Ad hæc enim opus est primùm scelerum admissorū expiatione: deinde iustitia quæ peccata nostra regat & accidet, vt in Psalmis Dauid loquitur: ad hæc regeneratione, quæ innatam nobis corruptionem tollat, & naturæ nostræ vitij medeat. Atqui omnia hæc vires humanas longè superant. Quomodo enim pro peccatis suis satisfacies, cuius debita (vt Christus in parabola docet) plura & maiora sunt, quam vt illis dissoluendis possit sufficere? quique reuera animam debet, vt proverbio dicitur? Aut quæ expiatione peccatorum suorum Deum placabit, qui quantum quantum est, peccatum & malum est, & ne ad cogitandum quidem idoneus est? Quo item iustitia vobis peccata meminit, quæ regent, quorum iustitia (vt propheta verbis vtat) est instar sordidorum centonum & vt panni mulieris menstrua? Quis autem vel sibijpsi vel alijs regenerationis illius celestis & supernaturalis auctor erit, cum neque naturalis hæc generatio, quæ peccatores nascitur, nostri sit auctori, neque corporis nostri statura quicquam addere, aut illius vitia emendare possimus? Hanc ergo & irritus omnium illorum labor est, quicumque ista penes seipso querunt, aut abluunt hanc in externis ritibus consistere putant, quod olim Iudeos simul & gentes fecisse scimus. Nam vt Paulus ait, exercitatio corporalis parum utilitatis affert, neque externa hæc ad animam penetrare possunt, cuius negotium hic agitur. In hisce ergo angustijs constitutus Christus ipse est, qui hæc omnia plenè & perfectè prestat, vt nihil nos alibi querere opus sit. Primò enim propter nos homo factus, peccatorum nostrorum debita in se transtulit, pro iisdem in ara crucis sacrificatus, & (vt Paulus ait 2. Corinth. 5.) ipse factus est peccatum, vt nos per illum iustitia Dei mereamur. Ideo de illo Ioannes Baptista dicebat: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. Idem nobis à patre iustitia factus, omnem quæ in nobis est turpitudinem regit, ne Dei oculis offendant. Imò huius iustitia vestitus non imputantur peccata amplius, quæ ipsi comiserunt. Deniq; ipse ille est, qui nos ex verbi semine sui spiritus virtute regenerat, corruptæ etiã naturæ vitij materiam ne hereditaria illa & originalis lues nobis amplius dominari possit. Quod nõ obscure Paulus docet, quando de lege peccati intra membra sua grassante conquestus, exclamat: Miser ego homo, quæ eripiet ex corpore isto mortis? Et mox ipse sibi respondet: Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum. Vt ergo vnus & solus Christus à peccatis nos abluat, ita ablutio ea omnibus manet absoluta atque perfecta est: quod ipsum scriptura passim testatur. Zacharias certè de Christo propheta vaticinans, Cap. 13, sic ait: In illo die aperietur fons domui Dauid & habitatoribus Hierosolymæ ad peccatū & ad menstrua immunditiam. Vbi peccati nomine ea intelligit, quæ Dei legem & præcepta aduersantur, vt pote dicta, facta, vnà cum prauis cogitationibus atq; desiderijs. Immunditia vbi menstrua natura corruptionem denotat, quam ex primis parentibus contractam veteri Originali peccato dixerunt. Itaque plenam & perfectam ablutionem pollicetur, quæ & manifesta sunt & occultas cogitationes vnà cum prauis cupiditatibus, adeoq; iunatam nobis corruptionem aliat & expurget. Et ita locum hunc Ioannes interpretatus esse videtur, quando ait: Sanguis filij Dei, qui mundat nos ab omni peccato. Viderat enim veterem illa promissione reipsum impleri, quando ex aperto Christi iam mortui latere sanguis & aqua effluerunt. Omitto infinita huius generis testimonia, quæ scripturas legentibus passim occurrunt. Nunc vsum huius loci obseruamus, quod duplex est. Primò enim officij nos admonet, vt in vnus Christi merito acquiramus, nequaquam transferamus gloriam, quæ ei soli debetur. Faciunt hoc nimis impudenter, qui alia quidam peccata per Christum

In Christum elui, alia verò nostris satisfactionibus expiari oportere docent. Si autè ab omni peccato commendat Dei filius, nihil nobis agendū restat, quoad expiationis aut satisfactionis meritū. Deinde consolationem dulcissimā habet hic locus, quia conscientie terrores placare possunt, qui peccatorum pondere pressi de gratia Dei desperare incipiunt. Quia enim ab omni peccato emundat nos Christus, nulla vix damnatio cimensa erit ijs, qui ipsi per fidē insiti fuerint. Ad eos enim pertinet, quod David dicit: Expiā me hyssopo, & mundus ero: laua me, & niue ero candidior. Quin ipse Dominus per istam talibus loquitur: Si peccata vestra fuerint vt coccus, niue albiore reddentur: si rubeat instar purpure, sicut natiua lana fient, &c. Isa. i.

Ceterum ne quis hinc peccandi occasionem arripiat, tertio loco obseruandum venit, quid eos facere conueniat, qui sanguinis Christi merito abluti & mundati sunt. Docet hoc partim actione ista

Officia ablu-
torum.

Dominus, partim discretis verbis, quando Petro caput & manus offerenti ait: Qui lotus est, non opus habet, nisi vt pedes lauet. At pedum nomine imatos carnis affectus & totā, quae ex his dependit, vitae consuetudinem intelligit. Vt enim corpus totum pedibus fertur, ita mores & totius vitae studia pro affectuum voluntate reguntur & mutantur. Inquinatur autem mores nostri, partim ex mutata naturae corruptione, quae affectus vitiosos in nobis parit, & ad malum solummodo procliuus est: partim ex huius mundi exemplo, qui cum totus in malo constitutus sit, suis illecebris post se trahit omnes eos, qui ipsi placere student, aut de salute sua non seriò cogitant. Quae causa est, quid in sanctis quoque non vulgares peccatorum neni quandoque conspiciuntur, quorum exempla sacra litera non vno loco proponunt. Vt ergo qui toto corpore probe abluti balneum egrediuntur, ex terne contactu ferè pedes iterum polluant, & proinde noua illorum ablutione seu sordium abstergunt opus habent: ita qui per Christum plene mundati & iustificati sunt, ijdem propter inherentes ipsi corruptae naturae reliquias, & mundi degeneris atque impuri consortium, ex vitae huius studijs terrenis nouas subinde labe & sordes contrahunt, quas indefinenti studio quotidie abluere oportet. Docet hoc ipsum infra in vitis etiam parabola Dominus, quando bonos quoque & fructiferos palmites, quamuis in vite maneant, putatione tamen opus habere ait, vt plures fructus ferant. Ita vt penitentiam nobis commendat, quae in Dei verbum interea & precibus ardentibus adiuta labe quotidianas abstergit, & obrepentia quotidie vitia corrigit, vitamque totam emendat. Et hinc videntur respexisse, qui vitam hominis Christiani perpetuam penitentiam dixerunt. Vbi tamen obseruabis, has quoque ablutionis quotidianae suae penitentiae partes ad Christum pertinere, neque hic quicquam nostris viribus aut meritis debere tribui. Vt enim in praesenti ipse Dominus discipulorum pedes lauat, ita alibi non modo remissionem peccatorum, verum etiam penitentiam in suo nomine predicare iubet. Et enim nisi ille nobis adsit, neque vitia nostra corrigere poterimus, neque studia nostra Deo patri placebunt, qui non alio quam filij sui dilecti merito placari potest. Ideo Apostoli in Senatu Hierosolymitano grauiter admodum de Christo dicunt: Hunc Deus principem & seruatorem exaltauit dextra sua ad dandam respicientiam Israel ac remissionem peccatorum. Itaque tota nostrae salutis ratio, siue peccatorum nostrorum expiationem siue penitentiam spectet, ad vnum Christum auctorem debet referri, qui & satisfactio nostra est, et ex verbi sui semine renatos spiritu suo mouet atque excitat, vt assiduo respicientiae studio vitia nostra corrigamus & affectibus prauis obstemus. Rursus verò doctrina haec nostrae institutioni simul & consolationi seruit. Officij enim admonet omnes, qui se per Christum à peccati reatu liberatos per fidem in illum iustificatos esse gloriantur: vt nimirum tanti beneficii memores, puritatem istam magno studio tueantur, & assiduo penitentiae studio expurgent labe atque maculas, quas ipsis propria caro & infelix hic mundus quotidie aspergit. Debent ergo singuli hanc doctrinam ad se transferre, vt ea vti discant pro vt sibi opus esse vident. Neq; hic quicquam securus aut confidens esse debet. Si enim electis Christi Apostolis pedum ablutione opus fuit, quamuis eos ipse Christus mundos pronuntiauisset, quid de nobis fiet, qui illis conferri nulla ratione possumus? Ergo iustificationis doctrina minime patrocinatur impuris porcis & canibus, qui cum Christi nomen fidei quoque profiteantur, in sordibus tamen suis perpetuò volutantur, & ipsum quoque euangelij nomen effreni morum licentia apud exteros diffamant. Sunt hi canes isti, quos angelus ex caelesti Hierosolyma eiciendos esse dicit, & inutiles palmites, qui ex vite Christo reiecti, in ignem acer-



num abijci merentur. Deinde solatur nos locus iste contra Nouatianorum deliria, qui lapsi post baptismum aut publicè factam fidei in Christum professionem, penitentiã & reconciliacionem cum Deo negarunt olim, & hodie multos habent suã sententiã instauratores. Ad eò enim non negatur penitentiã locus istius, qui postquam per Christum loci sunt, pedes suos, id est, vitam & mores rursus inquinant: ut potius ad huius studium quotidianum nos Christus exhortetur. Et quò nos orare docuit, Remitte nobis debita nostra, is vtrique vidit, nobis propter quotidianas lapsus oratione ista nunquam non opus esse: neque nos ita iussisset, nisi patris sui gratiam atque misericordiam omnibus ad ipsum conuersis semper paratam esse sciuisset. Quid, quòd ipse Petrum denegatorem in gratiam recepit, & quotidie multos recipit, qui eadem peccata sepius iterant? Et quæ ratio nos iubet, ut Deum in recipiendis peccatoribus, qui ex animo penitent, diuitem fingamus, qui nos fratribus septuagies septies ignoscere iussit? Rectius ergo olim D. Christophorus, qui cum Episcopi in Synodo statuere vellent, lapsos post baptismum, & redentes ad penitentiã, semel tantum recipiendos esse, contra dicebat: *non xilias metaxonas eorũ, id est, Imò millies agens penitentiã ingredi. Neminem ergo tetricorum istorum Canonum comminationes perterreant, ut penitentiã sibi non profuturam putet: sed Dei bonitate constanter nitatur, ad cuius thronum nobis liberum aditum Christus aperuit. Nemo præterea de cuiusvis alterius salute temere desperet, quin potius fidis admonitionibus ad penitentiã excitemus quosuis, & talis quatum in nobis est, ipsi quoque, aliorum pedes lauemus, &c.*

Ablutio peccatorum fide apprehenditur.

Postremò modum siue medium nouisse oportet, quo per Christum facta peccatorum ablutio apprehenditur. At de hoc etiam Christus diligenter disserit. Ne quis enim iustificationis meritum æterna huic lotioni tribueret, aut Iudæorum more nouos sese purificandi modos institueret, sicut Petrus in aquæ lustralis asperzione facere consueuerunt: occurrit ille, & inter Iudam atque reliquos discipulos distinguens, docet, vnde iustificatio illa procedat, qua verè mundamur, & quomodo cui possimus confortes fieri. Dicit autem: Et vos mundi estis, sed non omnes. Et verba hæc ipse Iohannes exponens subiicit: Sciebat enim quis nam esset qui proderet ipsum: propterea dixit, Non estis mundi omnes. At qui ex eo satis constat, discipulos nequaquam ablutione ista per aquam facta mundari fuisse. Alioqui enim Iudam quoque mundum dicere oportuisset, cuius pedes non minus quam discipulorum abluerat. Ergo aliud quid in discipulis fuerit oportet, cuius gratia eos mundos dicit. Id ipse infra Capite 17. indicabit his verbis: Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Quod ergo verbum illud esse dicemus? Hanc aliud mirum, quam euangelium, quod Dei filium & promissum humani generis seruatorem esse docuerat. Hoc quia Apostoli vera fide & certo firmoque animi assensu amplexi erant, & in eodem constanter perseverabant, ideo censentur, quamuis ex humana natura infirmitate adhuc suos neuos & labes haberent, qui eradicationem quotidianam requirebant. Immundus autem mansit Iudas, quia verbo Christi nonquam credidit, neque illum vel Dei filium vel mundi seruatorem esse ex vera fide agnouit. Vnde colligimus, nos solâ fide eius iustificationis & salutis, cuius nobis author Christus est, confortes fieri: mundos autem & peccatis obnoxios manere omnes eos, qui fide ista destituntur. Vt enim nullum & salus in vno Christo inuenitur, sic nulla alia ratio est, qua nos vel Christum apprehendamus, vel eidem inseri possimus, quam fides. Docet hoc ipse non vno loco, & multa huius generis in Capite tertij & sexti expositione diximus, qua huc transferri possunt. Apostoli vero hoc passim ad vno consensu & constantia inculcant & repetunt, ut vix totus dies enumerandis testimonijs illorum sufficeret. In Concilio certè Hierosolymitano, magna cum grauitate Petrus pronuntiat, eos se purificari, & in huius sententiã omnes pedibus iuerunt. Imò hoc Apostolica doctrina capitulata, homines ex gratia iustificari per fidem in Iesum Christum, de quo cum sæpe aliàs dictum sit, non minus est plura in presenti addere. Obseruemus nunc, consuetari hoc loco omnes eos, qui iustificationem vim qualibuscumque ceremonijs aut ritibus tribuunt. Si enim Iudæ proditori non profusa ad Christum traditus Cane mystice panis, non baptismus quo iam pridem tinctus fuerat, non per ipsum Dei filium facta pedum ablutio: quid de alijs rebus dicemus, qua ab hominibus superflue propter Dei verbum excogitata & instituta sunt? Agnoscamus ergo Dei gratiam, qui nos communi filij sui sanguine abluere & sanctificare dignatus est. Beneficentia hoc fide constanti apprehendamus.

leg eo retinendo diligenter & assidue cogitemus. Abluti ergo studeamus innocentia & charitati...

HOMILIA CXXV.

Postquam ergo pedes eorum lauit & recepit uestes suas, rursus ac cumbens, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me Magister & Domine...

Quoniam Iesus Christus nobis a Deo patre non modo seruator, uerum etiam doctor & magister datus est...

Christus ab his militatis officio ad docendi munus redit.

Principio de Christo narratur, quod postquam discipulorum pedes lauit, receptis rursus uestibus ad mensam redierit...



Christus factū
suum exponit.

Sed Christum loquentem audiamus, qui ab interrogatione dicendi initium faciens ait: Scitis quid fecerim vobis? At qui sciebat eos nihil horum intelligere: querit tamen, ut magis attentos reddat, & iam nunc ad præstatum debitum accingitur, quod Petro fuerat paulo ante pollicitus. Quo exemplo docemur, Deum non deesse suis promissis, & quamvis mysteria sua aliquandiu cælet, suo tempore reuelat quæcūque nobis cognitu necessaria sunt. Sic multa alia Apostolos ad tempus latebant, ut pote quæ regni Christi conditio sit, gentium vocatio & Iudaicæ gentis repudiū. Sed tandem hæc omnia illis innotuerunt, quando spiritus superueniens eos in omnem veritatem induxit. Facimus ergo curiosam ingenij nostri audaciā, neq; in ea curiosus inquiramus, quæ Deus nos ab hac celata vult: illi verò fidum obsequium præstemus in ijs etiam, quorum ratio nobis nondum satis perspecta est, & ita in illorum cognitione indies progressus maiores faciemus. Debet hoc ipsum ad auxilium Dei in aduersis transferri. Nam hoc quoque interdum differt, quando nos diuinus exercitio prodesse, nostri tamen non obliuiscitur, quin nos eripiat, cum ita nostra salus & ipsius gloria exigat. Illum ergo expectemus, qui nos supra vires tentari non patietur. 1. Corinth. 10.

Ceterum hoc præmissis exordio, mysterium totius negotij explicare incipit, & sic quidem, ut eorum ore argumentū ducat, quo ipsos conuincere & mouere studet. Vos (inquit) vocatus me, magister & Domine: et rectè dicitis, sum enim. At ego cum nihilominus vestros pedes lauari dignatus sim, qui mei serui & discipuli estis: vestrū fueris, posito omni fastu idè officij vobis inuicè præbet, & de hoc potius sancta contentionem suscipere, ut quisq; aliū se præstantiorē ducat, quam ut de patrimonio & regno terreno ambitiose disputetis. Sunt hæc per se plana et dilucida: at quia singulis quædam in eis, quam prima fronte appareat, de singulis etiam aliquid erit dicendum.

Christus se magistrum et dominum nostrum proficitur.

Primo se ipsum Christus magistrum & dominum dicit, & discipulos commendat, quod his nominibus aut titulis ipsum dignentur. Facit hoc non ex arrogantiā, sed ex officio, & ut omnium bonum saluti consulat. Quia enim nobis seruandis in mundum venit, salus autem nostra ex eo potissimum dependet, ut ipsum agnoscamus magistrum & dominum nostrum, debuit vique se ipsum nobis manifestare. Deinde ad præsentem causam hoc faciebat, ut proprij oris testimonio discipuli certam doctrinam siue præceptum de humilitate & mutue charitatis officijs non possent contemnere. Ita licet vnicuique profiteri quod reuera est, imò ut hoc fiat, saepe rei necessitas exigat. Eadem enim ratione propheta suam vocacionem concionibus suis præmittunt: & Paulus interim sui apostolatus dignitatem contra aduersarios suos magna contentione asserit, quia in persona sua ipsam eamque doctrinam contemni & oppugnari videbat. Ita magistratui aliquando necesse est, ut aduersarios diuinos & contumaces publicarum legum contemptores suam auctoritatem in medium adducat. Et parentes prohi non raro contra filios inobedientes hoc ipsum facere coguntur. Hæc tamen proficitur abimus, ne quid ex priuata gloria studio fiat, sed omnia ad edificationem & eorum salutem dirigantur, quibus cum nobis res est. Deinde ne nobis falso insurpemus, quod nobis non est, aut ipsi dignitatem nostram perulantur morum licentiā proficiamus. Alioqui ministris ecclesiarum magistratibus item, heris & parentibus respondere possunt lasciuus & contumaces huiusmodi. Si doctrina antistites, si viri principes, si heri aut patres familias estis, cur non factis officijs aut cur ea facitis, quæ à vestra vocacione alienissima sunt? Possent hæc lasciuie dilatare, & multiplex huius doctrine usus est: sed hinc facillè occasionem perent, quibus sua salus contemnitur.

Qualem nos
Christum debemus
agnoscere.

Deinde docet locus hic, qualem nos quoq; Christum agnoscere debeamus. Primum magistrum et doctorem nostrum. Talem enim olim Deus per Moysen descripsit, quando propheta pollicetur, quod omnes audire debeant. Deut. 18. Et apud Isaiam ipse sibi idem officium tribuit. Quid quid propheta ter cælis ei testimonium ferens, clamat: Hunc audite. Et Paulus eum nobis à Deo sapienter factum esse, inq; eodem omnes scientia & sapientie thesauros contineri testatur. Ipsum ergo Deum crederamus, qui titulus ei multas ob causas debetur. Per ipsum enim omnia facta sunt, & eodem modo ad assumptam quoq; carnem humanam pater omnem potestatem dedit in celo & in terra. Per ipsum tamen ratio huius nominis est, quod sui sanguinis pretio redemptos sibi vindicauit, ut ipsum agnoscamus, qui prius peccato & satanæ ad interitū seruiebamus. Debet huic referri, quod Ier. 17. dicitur: Domine

Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Sed hic quoque obseruabimus, non
sufficere, si ore magistrum & dominum dicamus, sed cauendum esse, ne quid faciamus à professione hae
nostrae alienum. In hoc enim peccant, qui nouos sibi magistros ex hominibus constituunt, et ab illis de-
nominari ecclesia uisitatem in sectas scindunt: quo nomine olim Paulus Corinthios reprehendit. At
hodie plerique summam religionis in eo consistere putant, si abiecto Christi nomine, hominum serui &
discipuli fiant. Peccant item, qui ad diaboli seruitum redeunt, & peccatis se rursus mancipant, ex
quibus eos Christus mortis suae merito redemerat. Conuincuntur hi falsi, dū Christi nomē iactant,
& quid de illis olim futurum sit, ipse Dominus Math. 7. circa finem perspicue docet.

Sed scopus totius concionis audiamus, & quid à nobis Dominus requirat. Debetis (inquit) alij
aliorum pedes lauare. At hic non oportet uerbis aut litera insistere, quod reges, pontifices, abbates
& horum similes nimium superstitiose faciunt, qui Christi exemplum in lusu theatricum conuer-
tunt, sicuti alii dicimus: sed locutione ista humilitatem & ad quauis officia paratā industriā prae-
cipit, quae proximi comotis atq; saluti consulamus. Et praecipit huius finis est charitas, quae consiste-
re non potest, ubi non sponte sese subijciunt homines, ut quibusuis inferuiāt. Ideo enim fere eius officia
negliguntur, quod plerique se alijs praestare, et proinde eos indignos putant, quibus ipsi inferuiāt. Pedum
vero ablutionis meminit partim ut infimo & contemptissimo officij genere doceat, nihil tā vile aut
sordidum nobis debere uideri, quod non libetere subeamus, si proximus eo opus habeat: partim ut of-
ficiorum omnium finem nobis commendat, ad quem illa dirigi debent. Scimus enim per pedes hominis
effusis & ex his dependentem totius uitae consuetudinem dēdārī. Charitatis ergo & humilitatis
Christiane uisus sit, non ut turpi et seruili indulgentia quibusuis blandiamur, sed ut proximi uitam
& mores corrigamus: ut in Dei uis ad aeternae salutis consortium contendant, qui prius in scelerum
luto lapsi uitam omnem fadsissime polluebant. Non ergo rolluntur hic dignitatis gradus, quos
ipsi Deus instituit, sed hoc praecipitur, ut singuli pro sua uocationis ratione aliorum pedes abluant.
Facient hoc uerbi ministri, quando omnium saluti consulunt, & docendo, monendo, hortando, cōso-
lando ad Christum eos adducunt, qui prius per superstitionum & uitiōrū caenosas paludes uagaban-
tur. Idem magistratus facit, quando bonis legibus populum sibi creditū gubernat, peccandi licentiam
erect, morum disciplinā tuetur, & imprimis in hoc intentus est, ut religio atq; ueritatis doctrina
fuerat. Ablutus filiorum & domesticorum suorum pedes pij patres familias, quādo in pietate eos in-
stitui curant, mori petulantiam disciplina diligentiori frenant, & subrepentia in illis uicia studiose
corrigunt. Lauant pedes sibi inuicem coniuges, dum sibi inuicem ad uirtutem adiumento sunt, se in-
uicem patienter ferunt & mutue charitatis officia fideliter faciunt. Sic priuari quique suorum concio-
nium, contribulium, uicinorum, aut etiam quorumuis obuiorum pedes lauante, dum quisq; alium se
praesentior putat, uicia alterius uel amice et grauius corrigit, uel sancta indulgentia tolerat, deq;
si conuictus potius quā cum proximi infamia diuulgandis sollicitus est. Videmus ergo doctri-
nam hanc latissime patere, & eius usum in huius uita nostrae curriculo non multiplicem modō,
ueneriam necessarium esse, ut eam pie & commodē transigamus.

Ideo non contentus hac obiter monuisse, rationes et argumēta subiicit Dominus, quibus ad hu-
ius praecipit obseruationem nos excitet. Primum ab honesto ducit, & ait: Exemplum praebui uobis, exemplum pra-
ebui. Quasi diceret, Discipulorum officium est praecipit &
magistris suos imitari, & in eorum exempla diligenter respicere. Atqui ego, qui uester praecipit at-
que magister sum, uobis exemplū istud praebui. Ergo in eius imitatione uos diligentes et assiduos es-
se conuenit. Debet autē hac regula ad omnia Christi facta extendi. Recte enim à ueteribus dictum
est, omnem Christi actionem nostram esse institutionem: quādo nihil ab illo factum est, quod nō mul-
tiplicem doctrinam contineat, quae in moribus & salutis ratione instituat. Attamē hic cauenda
erit uiciorū cadā, id est stultia praua q; emulatio: ne in exemplū trahamus, quae ille lōge alia ratione fe-
cit, & quae uires nostras longē superat. Faciunt hoc superstitiosi homines in papatu, quoad ieiunium
quādam aeguale, & uerborū quorundam recitationē, cui eundem effectum tribuunt, qui olim in illis
uicibus, quādo ab ipso Christo recitabantur. Distinguamus ergo inter miracula & uirtutis exempla,
& illis quidem uisus in fide confirmemus, hāc uero imitemur, ut in totius uita cursu Christi spi-
ritus sese exerat. Huius generis sunt humilitas et seruitus uoluntaria, quae sese ad extrema quaeq; offi-
cium sese exerat.

Debetis alij
aliorum pedes
lauare.



cia demiserit; mansuetudo item qua & discipulorum quotidianos errores, & hostium contumaciam patientissimè tulit; obedientia, qua patris aeterno decreto sese accommodavit usq; ad mortē crucis; caritas erga omnes homines, quorum saluti & commodis se totum impendit; patientia in cruce & morte; fidei constantia, qua hostium sanna, conuicia & ludibria superauit. Haec & alia eiusmodi sibi commendat, & sine illis Christiana vita non consistit. Ea igitur sibi imitanda proponit, qui Christiani haberi volunt; reliqua verò, quae sine miraculo & peculiari spiritus virtute fieri non possunt, ne affectent, neq; tentent, nisi se ad ea diuinitus vocari sentiant.

Seruus non est
maior heresi suo.

Subijcit his aliud argumentū Christus, quod sic enuntiat: Amen amen dico vobis, seruus non est maior domino suo, neq; legatus maior eo, qui legauit ipsum. Et haec generalis sententia, & cunctis omnium hominum consensu sic confirmata, vt ampliori demonstratione minime opus habeat. Adhuc tamen iureiurando eam confirmat, vt magis excitet ad eius considerationem. Sunt enim multi homines, vt de eorum veritate nemo dubitet, eadem tamen paucis in montem veniunt, & pleriq; illi ad se pertinere nunquam cogitant. Vult ergo diligenter expendant, quam indignum sit, si relicto & contempto humilitatis atq; modestiae exemplo, quo ipsi hactenus praeruerit, ad terreni regni honores & huius seculi dignitates aspirent cum inter homines nō feratur seruus, qui sibi melius esse vult quam herus suus; & intolerabilis sit legatorum insolentia, qui suis principibus sese praefertunt, qui maiori fastu atque apparatu sese ostentant. Probè autem conueniebant ista discipulis, qui se Christi erant, & quos ipse in omnes gentes legare instituerat, vt euangelium in toto orbe praedicarent. At eadem non minus omnibus Christianis seruiunt. Similiter enim Christi serui sunt, quocumq; is sui sanguinis pretio redemit; & singuli suam quoque habent uocationem, in quam ad se quasi mittuntur, vt ea faciant, quae per illos ipse confecta vult. Constat autem hoc loco vultu distimè Romani pontifices, qui sub Christi nomine regna huius mundi affectant, & ipsos quoque pedibus suis subiiciunt. Neque eo contenti, insuper in ipsum Christi sibi auctoritatem & imperium vendicant, dum quae ille docuit oppugnant, & eius statuta pro suo arbitrio mutant & euertunt. Tribuit hoc Daniel Antichristo, quod leges & tempora mutaturus sit: & in praesenti seruus heresi maior esse negatur. Quia verò illi se Christo maiores faciunt, non obscure testatur, se illos seruorum esse, & proinde indignos esse, qui audiantur.

Promittit obedientibus beatitudinem.

Tertium argumentum a fine aut premio ducit. Si haec noueritis (inquit) beati estis, si facieris ea. Pertinet promissio ista ad praesentem quoq; vitam. Reuer a enim feliciores & beati magis sunt, qui sua sorte contenti, omnibus benefacere student, quam ambitiosi, qui alios omnes praesecontemunt. Nam curis & molestiis infinitis seipsos liberant, quibus superbi illi dignitatum & honorum affectatores excruciantur, & amicos sibi indies novos parant, & plerumq; chari & accepti sunt omnibus; cum alteris illis nihil sufficiat, omnibus item inuisi sunt, & infamem tyrannidis & superbiae suae memoriam post se relinquunt. Exempla passim obuia sunt, quibus hoc probatur, vt eorum commemoratio non sit opus. Interim generalem doctrinam continet haec sententia, & ad tractationem, quam hucusq; audiuius, extendi debet. Docuit enim Christus nos omnes naturam mundos esse, & ablutione opus habere. Hanc verò in se vno ostendit, qui vt sanguinis sui meritis nos abluat a peccatis, ita se totum nobis per euangelium offert. Quod qui audiunt, & fide vera accipiunt, ij & ipsius & iustitiae eius atque salutis consortes sunt. At quia nobis, quoad in carne uiuimus, multas labe mundus & innata corruptio aspergunt, haec quoque ablutionem quotidianam requirunt, cuius etiam author est Christus, qui & verbo suo quid nos facere conueniat docet, & spiritu suo poenitentiae studium in nobis accendit, quo sordes illas quotidie abstergimus. Traduntur haec passim in sacris literis, & eadem profertur ferè hodie, qui Christiani dici volunt. Sed meminerimus nudam istorum cognitionem siue professionem non sufficere, beatos autem nos fore, si ea profuerimus. Oremus ergo Deum patrem, vt fide vera animos nostros illuminet, qua filij eius Iesu Christi sanguine partem remissionem peccatorum apprehendamus, & eidem seruiamus in puritate, cum eodem olim in caelis uiuamus atque regnemus. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Non de omnibus uobis loquor: ego scio quos elegerim: sed ut impleatur scriptura: Qui edidit mecum panem, sustulit aduersus me calcaneum suum. Nunc dico uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quod ego sum. Amen amen dico uobis, qui recipit si quem misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui misit me.

Quem admodum hij et cordati parentes, quando se morti uicinos uident, filios suos diligenter et serio de omnibus admonent, quæ illis ad uitam honeste et recte transigendam necessaria esse uoluerunt: ut qui ex illis bona frugis sunt, magis in officio retineantur, proter uiores uero prorsus inexcusabiles fiant, et eorum de exemplo alteri illi minus offendantur. Sic Christus Iesus cum mortem adire uellet, hunc optimi patris affectum probe expressit. Quia enim suos discipulos mysterium regni sui adhuc ignaros, in eo terrenam felicitatem et huius seculi dignitates querere uidebat, ideo frequentiores inter eos de primatu contentiones oriebantur, admodum diligenter huic malo occurrit. Nam exemplo simul et uerbo docet, nihil tale in ipso queri debere, eosque ad humilitatis et mutue charitatis officia rationibus grauissimis excitulat. Inter quas hæc etiam ponitur, quod beatus fore dicit, si hæc norint simul et faciant. At quia in illorum contubernio hætenus Iudas iuratus, quem admonitiones istæ nequaquam mouebant, et cuius horribilis lapsus ingentis scandali excusationem dare poterat incautus et rudibus, nunc de illo quoque actionem instituit, qua partem illi eorum excusationis preteritum admittit, partim discipulos reliquos præmunire, ne eius exemplo offensi desistant, sed eo constantius gradum suum tueantur, ne promissam felicitatem ipsi quoque amittant. Et autem locus hic hodie etiam consideratu perquam necessarius, quando non unus Iudas ecclesie uisitas fuerit, et passim eorum uoces audiuntur, qui ex ministrorum perfidia et ignauia occasionem sumunt, qua euangelij doctrinam calumnijs suis apud omnes suspectam et contemptam reddant.

Principio, quia beatus fore dixerat, si hæc norint et faciant, ne hoc Iudas etiam ad se raperet, Iudas excludit a promissionibus beatitudinis. Non de omnibus uobis loquor, ego scio quos elegerim. Id est, promitto quidem hæc in genere omnibus discipulis, at non ideo promissionis huius effectus ad omnes pertinet, qui externo discipulorum meorum titulo gloriantur, aut nunc quoque in uestro grege censentur. Nam ego scio quos elegerim, id est, qui reuera sint ex meorum electorum numero, qui item hypocritæ sint et perfidi proditores. Imò cum uos primum reciperem in meum contubernium, iam tum sciebam, qualis quisque futurus esset, &c. Itaque non pugnat locus hic cum eo, quod infra Capite sexto dicit: Nonne ego uos duodecim elegi? Illic enim de electione uulgari loquitur, qua frequenter reprobi quoque ad certum aliquod munus destinantur, et propter illud donis aliquibus instruuntur, cum inuicem uere sanctificationis, qua homines regenerat et rotos Deo consecrat, minime participes sint: quod in Saul primo Israelis rege accidisse scimus. Hæc uero de speciali et æterna electione agit, qua ex æterno Decreto ad salutem homines prædestinati sunt, et quam spiritus sanctificatio certo sequitur sine commutatur, qua illos excidere non sinit. In præsentem autem Dominus Iudam occultius perstringit, à nomine tamen adhuc abstinet, ut absque infamia publica illi præbeat occasionem cogitandi de penitentia et salute. Simul uero, ne reliqui discipuli sibi ipsi plus a quo placerent, et sue fidei constantiam propria uirtuti acceptam ferrent, ad liberam et gratuitam Dei electionem ipsos remittit, de qua supra Capite decimo quinto apertius dicit: Non uos me elegistis, sed ego uos elegi. Unde nobis doctrina et consolatio generalis petenda est. Nisi enim nos Christus eligat, et suo spiritu regat, ex nobis ipsis neque saluus principium habebimus, neque in eius uia aliquo usque progredi poterimus. Eius enim uox est: Nemo uenit ad me, nisi pater meus trahat aliquem. Et idem teste Apostolo, in nobis operatur uelle et perficere, qui ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem sumus idonei. Illi ergo qui transcribi debet tota nostra salus gloria: neque de eius certitudine dubitare debent, quot quos se uera Christi fide illuminatos esse sentiunt. Nam quos ille elegit, idem fideliter seruare et ueri solus, neque sibi aliquam uicem eripi patietur, et nihil est, quod nos ab eius dilectione separare possit. *1. Cor. 10. Rom. 8.*

Quomodo cum
hostibus agi
debeat.

Docet autem suo exemplo Dominus, quomodo agendū sit cum hostibus, qui nos vel aperte persequuntur, vel dolis iniquis & proditorijs circumvenire student. Hos quidem diligere iubetur, & ut hoc faciamus, non modò charitatis lex admonet, verum etiā salus nostra exigit, quando peccatorum nostrorū remissionē nunquam impetrabimus, nisi aliorum in nos delictis ex animo ignoscatur. At ne amor iste in ignavam & perniciosam indulgentiam degeneret, ipsius Christi exemplum imitari conuenit, qui optimus suae legis interpret es est. Non dissimulat ille scelus Iudae, quod hunc animo suo concepsisse sciebat, sed arguit, ut eum ad penitentiam excitet. Ita non dissimulari debent hostium iniqua consilia aut flagitia: ne dum se latere, vel etiam a nobis timeri putant, audaces fiant, & magis indurentur. Libere ergo & in faciem arguendi sunt, ut & erga Deū nostro officio dignamur, cuius gloria asseri debet, & si aliquo modo adhuc curabiles sunt, ex nobis penitendi occasiōem habeant, aut si in nequitia calli obdixerunt, aliquando in extremis constituti propria conscientia testimonio conuincantur. Et sane ad conciliandam amicitiam nihil efficacius est libera & fratrum admonitione: cum è contra dissimulationes ignaue simultates augeant, quae tandem in publicum aliquod malum erumpunt. Deinde ut honori Iudae adhuc parcat Dominus, cum flagitium suum ipse nondum publicauisset, Ita nos quoque inimicorū honori & fame parcere conuenit, quoad eius fieri potest, ut constet, nos ipsorum emendationem & salutem querere, nō ut infames aut inglorij fiamus. Hoc bodie omnes obseruarent, plus concordiae esset inter homines, & plures Christo lucrifeterent, cuiusdam ipsi minus peccaremus, dum in bona quoque causa ius nostrum rigidius persequimur.

Ecclesiae et sacramentorum
societas externa non sufficit
ad salutem.

Deinde obseruabimus, quòd Iudam nunc secundo à suo & suorum consorcio Christiū separata. Prius enim dixit, Vos mundi estis, sed non omnes. Quod propter Iudam dictū fuisse, euangēlistā notauit. Nunc apertius eum proditoris accusans, à beatitudinis promissione illum simul excludit. Atqui in externa discipulorum societate erat, & cum illis omnia sacra communia habebat. Ergo externa ecclesiae & sacramentorū societas ad salutē non sufficit, sed ut Christo vere inseruamus oportet. Id autem spiritū fit, & spiritalis est ea communio, quae nos ipsius mēbra & salutis aeternae confortes cum reliquis credentibus efficit. Sacramenta verò rerum spiritalium & internae communionis externa symbola sunt, quibus promissiones suas Deus obsequat, ut in fide confirmemur, & ipsi nos admonet. His ipsi nos quoque fidem nostram profiteamur, nosq. ad illius obsequium obstringimus. Quòd si verò professioni nostrae non respondeamus, adeò non profunt illa, ut potius nostrae perfidiae & infidiae damnationis testimonia sint: sicuti non obscure Paulus admonet, quado in prioribus ad Corinthios de ijs disserit, qui ad Cēnam Domini mysticam indignè accedūt. At hinc aliud quod huic opponitur colligi debet. Si enim non prodest impijs externa, quam cum pijs habent, sacrorū communio, quomodo videat hāc pijs quoque non fraudi fore apud Domini tribunal, neq. eos idcirco pollui aut scelerum mundem socios fieri, etiamsi quidam prophanis & hypocrisis dolo se & fraudulenter se in ecclesiae societate insinuent, vel in ea etiam apertius grassentur, ipsi nequicquam reluctantes? Veritas promissiones non pertinent ad impios, quamuis in genere proponantur: ita neq. damnationis condemnationes ad pios extenduntur, sed in impiorum capitibus haerent. Sunt haec obseruanda aduersus Anabaptistarum sophisticen, quae multos ab ecclesiae societate abducunt, dum eos scelerum socios & peccatorum socios fore clamant, si cum hypocritis aut palam flagitiosis sacra communia habeant.

Deitatis Christi
argumenta.

Habet praeterea locus iste manifesta & irrefragabilia diuinitatis Christi argumenta. Non enim arcana hominum, quòd solius Dei esse, scriptura non vno loco docet, & communis omnium experientia probatur. Deinde se discipulos elegisse ait. At electionē in solius Dei potestate esse, patet in rursus, qui sacras literas vel obiter modo inspexerunt. Nam ab aeterno hanc factam fuisse doctrinam usquam mundus hic crearetur. Verus ergo & aeternus Deus est Christus: quod ut Arianos & Sabellianos pphemias confutat, ita plurimum consolationis habet, & fidem nostram reuerenter confirmat.

Cur Iudam
Christus elegerit.

Ceterum ut ad Christi verba redeamus, quaerit aliquis, Si talem fore Iudam sciebat, cur illum in discipulorum numerum adoptauit? cur donis aliquibus instruxit? cur ad predicandam emendandam deniq. illi aeternum ecclesiasticum credidit, quasi in illo plus quam in reliquis discipulis fiducia haberet? Audiuntur eiusmodi quaestiones passim, quas modò pij mouent, dum in Dei verbi nos latere non sentiunt: modo impij illi fores, qui totum Christi & salutis negotium in dubium vocare student, omnibus istis breuiter respondet Dominus, quando hoc se fecisse ait, ut impleatur scriptura. Quae

meum panem, suscipit aduersus me calcaneum suum. Extat locus hic Psalmo 41: in quo de suorum amicorum perfidia Dauid conqueritur, & hoc quidem sic facit, ut plerumque Christo conueniant, cuius illi typum gerebat. Et voluit huius potissimum loci meminisse Dominus, quia sceleris atrocitatem amplificat, quod ad terrendum Iudam multum facere potuisset, si quis in illo pietatis sensus fuisset reliquus. Est enim calcaneum aduersus aliquem leuare, idem quod dolose & per insidias adoriri, ut hostes faciunt, qui aduersarios supplantare & calcibus ex improviso obiectis prosternere solent. Quod cum in nemine mortalium probari soleat, detestabile omnino et nulla venia dignum scelus est, si hoc faciant domestici & intimi, qui ad eiusdem mensae societatem admittuntur, vel etiam ex nostro sanguine. At talem fuisse Iudam, manifestius est, quam ut multis demonstrari oporteat. Quoad verò praesentis loci statum, ita dicere videtur Dominus: Quod proditorum inter familiares meos adoptaui, nemo temere aut inconsultum factum putet. Sed quia sic Deus ab aeterno statuit, ut Messias à domestico suo prodatur, & hoc ita euentum prophetae praedixerunt, ego me illius voluntati accommo- dare, & scripturae sacrae auctoritate ipso euentu confirmare debeo. Et nunc ista vobis praedico priusquam fiat, ut vbi sic facta videritis, credatis quod ego sum ille, de quo olim spiritus sanctus locutus est, promissus nimirum humani generis seruator.

At hic primum obseruabimus, non sine graui causa decretum fuisse, ut Messias ab aliquo suorum familiarium prodideretur. Nam ut sic fieret, ipsa nostra salutis ratio exigebat. Quia enim Adā, cum ad Deum agnoscitur, & quasi in regni societatem à Deo assumptus esset, contra hunc tamen rebellauit: simile quid Christum quoque pari oportuit, ut hanc primi parentis culpā suo merito expiaret. Iustum non excusatur Iudas (ut alibi quoque diximus) qui nulla vel externa vel interna vi coactus, sed propria malitia peccauit: quando turpis lucri cupiditate superatus, hoc ipsi Christo praefere non est veritus. Quin potius praedicari debet Dei bonitas & sapientia, qui illius malitia tam bene rei parauit, ut aeterno suo decreto ad humani generis salutē inferuieret. In Iuda autem auaritia scelus & inmodica cupiditas vim agnoscere & detestari discimus, quae hominē omni rationis usu & pudore spoliat, ut nec veteris amicitiae recordatione, nec communibus legibus aut iure gentium in officio se contineri patitur. Quod enim Iudae accidit, hoc multi alij passi sunt, qui priuatum commodum & huius saeculi bona reipub. & salutem aeternam anteposuerunt. Est praeterea alius quoque huius exempli usus, ne scilicet offendamur, si quid simile nobis etiam accidat, ut ingratos & perfidos sentiamus eos, de quibus opinari meriti sumus, aut qui nobis aliqua arctiori necessitudine coniuncti sunt. Est enim haec ferē fere fidelium iam inde ab origine mundi, sicuti omnium seculorum exēpla testantur. Abelus certē à Caino fratre occisus est. Isaacus verò Ismael frater ludibrio habuit. Iosephum quoque fratres germani vendiderunt. Quid, quod tota Israelitarum gens, quae Dei peculiū dicebatur, Idumaeos sibi hostes pertinacissimos habuit, qui ex eodem patre Isaac cum ipsis descenderant? Paulus item periculorum ex saepe fratribus meminit. Et Christus credentium hostes fore ait ipsorum domesticos. Feramus ergo patienter, quae Christus prior propter nos passus est, imò nosmetipsos assuefacere studeamus ad seruos proditores, quando nunquam tam lata ecclesiae conditio futura est, ut illis in vniversum careat. Consideret autem nos, quod isti causae, quam sustinemus, nihil incommodare possunt, & dū nobis nocere student, sibi ipsi exitium & interitum accersunt. Excluduntur enim à Christi & patris ab illo beatitudinis consortio, & quia Iudae socij sunt, idem cum illo sua nequitia stipendium recipient. Postremo docet nos Christi exemplum, quis nobis omnium praedictionum, quae scripturis continentur, usus esse debeat. Hic nimirum, ut non in nuda historiarum aut sententiarum cognitione subsistamus, sed ut singula ad nostrae fidei institutionem atque confirmationem accommodemus. Docet hoc in sui cognitione facere Christus, & haec causa est, quod vetera de hoc uaticinia toties apostoli adducit. Faciamus idem in ijs, quae de nouissimorum temporum conditione olim praedicta sunt, & ita minus nos offendunt ea, quae multis de toto fidei Christianae negotio dubitandi occasionem praebent.

Porro occurrebat in hoc Iudae lapsu graue scandalum. Poterant enim ex eo occasione sumpta Auctoritas doctri-
 impij totum apostolorum ordinem vna cum doctrina ipsorum proscindere, quasi non aliqua fides il-
 li deberet haberi, qui tale monstrum in suo grege aluissent. Solet enim hoc strategemate vii saram, ut
 cum doctrinam veritatis aggredi non audeat, eam per ministros contemptam & iniuriam facere con-
 tueret: ita illorum lapsus & errores diligenter obseruat, ut ex illis calumniandi occasionem vane-

Cur Christus à domestico prodi debuerit.



zur. Rursum discipuli timere poterant, ne irritus esset ipsorum labor, quando Iuda scelus apud Iudeosque omnem auctoritatem illis derogabat. Ut ergo illos confirmet Dominus, & ut euangelij doctrinam calumnias simul retundat, reperit hoc loco, quod alibi dixit: Amen amen dico vobis, qui recipit si quis misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui misit me. Afferit his verbis doctrinam apostolicam auctoritatem, & simul omnes eos confutat, qui de ea propter ministros qualescunque auctoritatem iudicant. Ut enim Reges suorum mandatorum auctoritatem ratam esse volunt, etiam si per amicos aut legatos ipsorum multa prater officium faciunt. Ita qualescunque fuerint euangelij administratores, tamen cum suis promissionibus atque minis perpetuo ratum erit, et secundum illud olim extremi iudicii sententiam pronuntiabit Dominus. Itaque non in verbis administratos, sed in ministerio aethorem, Deum, nos respicere oportet, et Christum in illis loquentem audire, cuius nomen et Paulus ad legatione funguntur. Dabunt quidem graues penas Dominus, quicunque in ministerio verbi & ecclesie animo proditorio versantur. At eorundem improbitas ipsi doctrinam nihil detrahet, quae nos ad unum Deum patrem per unicum mediatorem, Iesum Christum remittit, & nos illi in fide, veritate innocencia & charitate non fucata seruire docet. Quod autem Romani Pontifices ex hoc dicitur, bippis auctoritate apostolicam vendicat, & quous sua decreta pro authenticis haberi voluit, quod ridiculum est, ne quid grauius dicamus. Primo enim nihil cum apostolis commune habet, neque inueniam illam, qua gloriantur, adhuc argumentis solidis probarunt. Deinde plus sibi arrogat, quam apostolis datum fuerit, quos certo mandato astrinxit Dominus, ut nimirum ea doceret, quae ipse et adhibuit. Unde Paulus dicebat: Si ego, aut angelus de caelo aliud euangelium predicet, anathema esto. Unde ergo ista ad eorum decretorum confirmationem faciunt, quae cum Iesu Christi euangelio pugnant, quoniam unum audire iussit pater, & cui debetur benedictio, honor gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CXXXVII.

Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testatus est dixitque: Amen amen dico vobis, quod unus ex vobis prodet me. Aspiciant itaque se mutuo discipuli, haesitantes de quo diceret. Erat autem quidam ex discipulis eius recubens in sinu Iesu, quem Iesus diligebat. Innuuit ergo huic Simon Petrus, ut percunctaretur quis nam esset de quo diceret. Ille uero incumbens pectori Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctam ossulam dederam. Et cum intinxisset ossulam, dedit Iudae, filio Simonis Iscariotae. Et post ossulam ingressus est in eum Satanas. Dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac cito. Hoc autem nemo intelligebat discumbentium, quorsum dixisset ei. Quidam enim putabant, quia marsupium habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea, quibus opus est ad festum, aut ut egenis aliquid daret. Ille ergo accepta ossula, statim exiuit. Erat autem nox.

Præcipuum quidem historia totius de morte Iesu Christi caput est nostra redemptio, at eadem multa alia concurrunt, quae ad nostram institutionem siue consolationem faciunt. Inter quae aliud memorabile est actio, quam cum Iuda proditore instituit. Ex ea enim apparet, qui semper recentissimi ecclesiae & verae fidei hostes futuri sint, & quomodo pius cum illis agere debeat. Quis enim Dominus proprio exemplo suum de diligendis inimicis præceptum exponit, quo hodie multi turpiter solent abuti. Alij enim ne quid contra charitatem facere videantur, omnia dissimulant & ad misericordiam festina etiam scelera conueniunt. Alij uero si ab aliquo moneantur aut corripiantur, mox illam precationem dilectionis immemorem esse, & priuato affectui indulgere clamant. Videamus ergo quid Christus fecerit, qui & charitas ipsa, & optimus suae legis interpres est. Amavit is Iudam, & adhaec amavit, sicuti ipsius verba & facta restantur: at tamen ad scelus eius minime conuertit, sed hoc illi libere in faciem exprobat. Deinde quamuis correptionem duriores mereatur, parcat tamen eius bonam partem admonet sceleratum, ne quam reliquis discipulis aduersus illum aliquid inhumanius ageret, quod non pro-

nem prebeat. Vidimus hoc nuper, quando occultius & in genere de illo sermone instituit. Sequuntur

enim Dominus in huius rei mentionem incidisset, & res ipsa tractationem pleniorē po-
stularet. Spiritu turbatus fuisse dicitur. At spiritum in huiusmodi locutionibus pro mente sumi, alibi
dicitur. Sensus ergo est, quod toto animo & serio turbatus fuerit, nec quicquā simulauerit. Quia
enim verum hominem assumpserat, à passionibus eiusmodi alienus non fuit, quæ ut naturales sunt,
ita per se peccata non sunt, nisi vel cause iniuste accedat, aut non intra fines suos contineantur. Nam
quod Stoici dixerunt, perturbationes animi non cadere in sapientem, nimis absurdum est, & ipsi se
hominum stultissimos esse ostenderunt, quando ex hominibus lapides aut trunco facere conati sunt,
& eos affectus extinxerunt, quorum maximus in virtutis studio usus est, dum honesta appetimus,
turpia horremus, bonis & salutaribus delectamur, malis & saluti publicæ aduersis rebus contrisla-
mur. Et ut Christum inspicimus, nihil in animi eius conturbatione vitiosum fuit, cum causas ha-
beret graves & sanctas, neque per illam sese ab officio suo abduci passus sit. Primum enim per se hor-
ribilis erat mortis tam acerbe memoria, quæ illi omnino affici oportebat, ne imaginaria & fictitia
esset illius passio, & proinde ad expiandum peccata nostra inutilis. Deinde non potuit non commo-
uari sanctus animus ingratitude Iudæ, quæ nihil unquā indignius orbis terrarum vidit. Præter-
ea qui nostræ salutis ergo in mundum venerat, et ad Hierosolymæ ingratæ conspectu lachrymas fun-
dere dignabatur, non potuit non turbari, cum discipulum & apostolum suum in præsens exitium rui-
retur. Ad hæc doloris acerbissimi causam dedit scadalum, quod ex ordinis apostolici publicæ igno-
rantia oriturum sciebat. Recte ergo & merito conturbatus est, ideoque hunc suum affectum graui
cum constestatione exprimit, dicens: Amen amen dico vobis, quod vnus ex vobis proderit me. Et con-
stestatione opus erat, cum discipulis hoc incredibile fore sciret, sicuti paulo post audiemus. Nos au-
tem hic obseruemus, Christo imprimis exosus esse hypocritas & ecclesiastici ordinis turbatores, om-
nes denique, qui aliquid aduersus illum hostiliter institunt. Quod si verò vnus Iudas conuiuium
indulsi acerbum reddere potuit, quod tanto desiderio expectarati: quid hodie fieri putamus, quando
plures Iudæ sunt, qui vel disciplinam ecclesiæ euertere, vel hanc totam dissipare conantur? Debent
autem hunc Christi zelum imitari ecclesiarum ministri & qui in magistratu constituti sunt, ut ho-
minum interitu ipsi quoque contrisitentur, & indignè ferant, si quos suis dolis ecclesias turbare, leges
euertere & disciplinam omnem tollere vident. Nam si hæc ignaui sunt & negligentes, nimis aperte ce-
lestatur, senec gloriæ Dei nec salutis publicæ aliqua cura teneri.

Iesus turbatus
spiritu.

Discipuli attoni
se inuicem
inspiciunt.

Quid verò discipuli, quando Christum in solito dolore turbari vident, & eius rei causam indi-
gnissimam audiunt? Aspiciunt se mutuo dubij de quo nam loquatur. Mouentur ergo rei indignita-
te, quia verò singuli se extra culpam esse sciebant, in aliorum vultu & gestibus signa querunt, ex
quibus proditore agnoscant. Solent enim etiā sceleratissimi vel expalescere, vel rubore insolito per-
fundari, si scelera sua vel modicum argui aut perstringi sentiant. Simul autem elucet hoc loco simplici-
tati discipulorum & impudens Iudæ astutia: quando illi tot eius furti non potuerunt deprehen-
dere, hic verò non hæc modo celare potuit, verum etiam tam præsentis animo admonitiones istas reij-
cit, ut nullam hominis sibi malè conscij signum de se prebeat. Imò (ut Mattheus annotauit) disci-
pulis reliquis Christi ex ordine interrogantibus, ipse idem facere audeat, quasi Christi oculos perim-
de ut hominum fallere queat. Et hoc ipsum hodie frequenter. Ut enim Christo teste filij huius secu-
li prudentiores sunt in generatione sua quàm filij lucis, ita audacter etiam & minaciter se pijs oppo-
nere solent, & plerunque eos suis comminationibus procelant, si minus instructos esse vident. Sunt
ergo in Iudæ obseruandi impiorum hypocritarum mores, ne sua proteruitia & temeritate nos terri-
tant: quæ profus elumbis & nulla est, si se agnosci & à nemine timeri sentiant. At hic simul appa-
ret, quale sit carnis ingenium, si quando scelera in genere accusantur. Tunc ferè singuli alios inspi-
ciunt, & de illis agi putant, nemo autem in semetipsum descendit, ut videat, num quæ dicuntur ad
se quoque pertineant. Quæ causa est, ut ij quoque minus emendentur, qui conciones sacras attentè
audire, & ministrorum in dicendo libertatem predicare solent. Imitentur verò discipulorum pieta-
tem omnes Christiani nominis professores, & ijs moueantur quæ Christo & ecclesiæ eius incommo-
dare vident. Magistratus item atrocium scelerum commemoratione excitentur, ut ea ipsis disci-
pulis

Bb

scelus apud
e euagelij
qui recipit
siquis
doctrina appo-
scunque audacit
etiam si proce-
admissi, aliud
olim extremi
d in ministeri
nomine, ut Pa-
n ministerio
bil detraheret,
os illi in fide
ces ex hoc dicit
aberi voluit
ababeret, neq
rogans, quam
ne ipse et ali
aberna esse. Ne
lio pugnant, qu
ernum. Amen.

ft dixit
piciebant
uidam ex
nituit ergo
icerec ille
ondetele-
offulam,
est in eum
ourabant,
ra, quibus
pta offula,

emptio, at
iunt. Inter qu
ret, qui semper
debeant. Qu
odte multi tur
sulant & ad
mox illum fr
ergo quid Ch
m, & ad hanc
hoc illi libere
a eius bonam
nitus agere
nem pro-

cere omnes intelligant. Quem affectum in Davide adhuc reliquum fuisse constat, cum ipse turpiter mi adulterij simul & iniuste cædis reus esset. Cum enim parabolam de paupere & diuite sibi à Nathan proponi audisset, mox rei indignitate commotus exclamauit: Dignus est morte homo ille: & eam sententiam contra seipsum ferendo, sibi ad penitentiam viam strauit. At qui omnia ignorant, & ita tam sibipsum quam alijs interitum auctores sunt. Damnantur ergo hoc discipulorum exemplo, qui apertos Christi hostes in pretio habent, amicitiam eorum ambiunt, & illorum fraudes atque insidias argui iniquissime ferunt. Sicut les hodie multi, qui fides quoc, ecclesiarum ministris negotium faciunt, si illi Põrificum & episcoporum artes liberius arguere audeant. Sed ita propriam impietatem produunt, & quod omnium Christi dilectionem iam pridem abiecerint.

Petrus & Ioannes in proditorum inquirunt.

Porro Petrus pro suo more reliquis discipulis feruentior, Ioanni innuit, ut is Dominum proditorum interroget. Dilige batur enim ille à Christo præ alijs, & tunc super eius peccatis recumbat, ideoq; commodius & liberius quam alius quisquam seiscitari poterat. Vbi nos morem verum nouisse oportet, qui in triclinijs supra lectulos seu toros semisupini accumbent inuadunt, sed, sicut interdu, ut in frequentiori conuiuio, alius alterius peccati propius incumbent. Non ergo quod de Ioanne scribitur, eius rusticitati aut immodestia (ut quidam fecerunt) sed communi mori & publicæ consuetudini tribui debet. Ioannes itaque Christum interrogat, clam uirum, ut ex sequentibus colligi potest, & eidem Christus proditorum indicat, docens, sibi eorum proditorum probari, qui in ecclesijs turbatores & scandalorum auctores serio inquirunt. Interim quoque occultius respondet, & uerbis signum externum coniungit, dicens: Ille est, cui ego uicem Etam offulam dederò. Et cum intrinisset offulam, dedit Iudæ, filio Simonis Iscariote. Non aperte hæc agit, ut simul omnibus proditorum innotescat: quia hoc discipulis non profuisset quicquam, & turbas fortasse dedisset maiores, ex quibus scandalum maius oriri poterat. Ioanni tamen omnem patefacit, ut ceteri suo tempore ab eo institui possent, & scirent ipsum nihil præter uicem Etam offulam dedit, neque in re tanti momenti ignorantem aut improuidum fuisse. Præterea signum quoque uirtutis, quo adhuc animus amicum & beneuolum ostendit, ut Iudæ conscientiam deueniat. Suo autem exemplo docet, qua prudentia & modestia nos in hostibus aut sceleratis arguamus, uti conueniat. Videndum hic est ante omnia, ne quid eorum que agunt uel turpiter distimulasse, uel etiam probauisse uideamur. At simul cauere nos oportet, ne dum eos pro meritis suis reprobamus, aliquid nobis indignum faciamus, & in ecclesia aut reipub. turbas excitemus, ex quibus publicum aliquod malum criatur. Memores ergo exempli huius, discamus patienter ferre ad tempus Ligantia, ne cum his frumetum quoque euellamus. Quoad uero improbos illos, nihil officij admittere debemus, quo præfracti illorum animi emolliri & mitigari queant, si qua in illis uera pietatis scintilla super sit. Hoc enim Christum in Iudæ obseruauisse uideamus, quamuis se oleum sumi et opus perditurum esse non ignoraret.

Satan post acceptum panem à Domino in Iudæa ingreditur.

Scribit enim Euangelista, quod post acceptam offulam, Satan in illum intrauerit. Id uero nunc primum factum fuisse putabimus. Lucas enim diabolum in eum introiisse scribit, quædam sacerdotes abiens Christi prodendi consilium cum illis iniit. Et huius Capiti inio aduocatum diabolum iam ante in cor eius cogitationes & consilia immisisset, ut Dominum proderet. At ceteri etiam non omnino deploratae malitiæ uideri possent, & melioribus cogitationibus, quas spiritus sanctus & conscientia propria suggererent, adhuc locum aliquem dedisset, nunc factum est, ut huiusmodi cogitationibus explosis, quasi in uacuum possessionem Satan ingressus, eorum occuparet & suum præcipuum mancipium. Id uero non propter offulam accidit, qua suam beneuolentiam & amicitiam illi Dominus quodammodo offerebat: sed quia illum nec admonitionibus nec gratia diuine symbolice scire posse uidebat Satan, & iam salutis suæ securum de solo lucro cogitare, & ante occasionem deesse uidebat, totumq; in suam potestatem redegit, qui prius adhuc in bilibrio constitutus esse uidebatur. Itaque ut D. Augustinus scribit, bonum er at quod accepit, sed malo suo accepit, quia mali bonum malus accepit. Id uero omnibus accidit, qui obstinato animo aduersus Dominum seruauerunt, & uerbi diuini admonitionibus & sacramentorum usu deteriores fiunt, & exitium ex eo sibi accipiunt, quo ipsis salutem Deus offert. Habet enim suos gradus impietas, per quos ad interitum peruenit.

scilicet ascendit. Nam primò homines blandiusculè tentat satan, & quasi per cuniculos animis illorum sese insinuat, ut illis boni odium, vitiorum verò amorem instillet. Quod si blanditias istas admittant, mox in aperta scelera ruere incipiunt. At si his verbi Dei contemptum coniungant, & proprie etiam conscientie suggestionibus reluctantur, fieri non potest, quin totos satan occupet, cum ipsi sese ipsius praesidijs denudeant, quæ sola hostem illum profligare, nosq; in salutis via retinere possunt. His gradibus olim Cainus ad extremam impietatem ascendit, et per eosdem nunc Iudam quoque progressum videmus: quorum exempla pro dolor multi hodie sequuntur, qui religionem sibi quaesivum faciunt, aut priuatas cupiditates verbo Dei præferre non verentur. Nos verò exemplis tam tristibus admoniti, Deum in verbo & conscientijs nostris loquentem audiamus, ne ipsi quoque incurabiles facti, à Christo & salutis consortio excludamur: quod Iudæ accidisse insequentibus narratur.

Nam hunc deploratæ & incurabilis contumaciæ hominem esse videns Dominus, ait illi: Quod facis, fac cito. Quibus verbis non iubet illum facere quod malum erat, multò minus ad illud faciendum hortatur: sed suo illum arbitrio & menti reprobae permittens, suam manum ab illo retrahit, & indecens quo cum posthac aliquid agat, è suorum contubernio excludit. Perinde enim hoc est, ac si dicitur: Quando ita lubet, facias per me licet quod vis, & pereas malè, quando nullâ salutis medicinam admittis: Quin oculus te ex meo & meorum conspectu proripis, ne tua presentia sanctioribus Iudæis occupatos diuini remoretur. Sunt ergo hæc comminantis potius quam hortantis verba, quibus ferè parentes filios male frugis alloqui consueuerunt. Ad eundem verò modum omnes trahit ab se Dominus, qui amicos suos aduersus salutare verbi sui admonitiones indurare solent. Nam quod Iudæ hic accidit, hoc ipsum toti Iudæorum genti comminatus est, quando dicit fore, ve regnum suum ad gentes transferatur, ipsi verò contemptæ gratiæ Dei pœnas dignas luant. Quod in illis ita per annos circiter mille quingentos impleri constat: quando per totum orbem dispersi nullis legibus continentur, quò minus suas in Christum blasphemias expuant, interim verò omnibus modis miserè male pereunt. Nimis ergo stultè faciunt, qui ex eo sibi ipsi felicitatem pollicentur, si neo illis in omne flagitium ruenibus monendo aut corripiendo molestus sit, neque vident ipsi tunc idem accidere, quod equis, qui freno excusso per præcipitia ruunt, aut alijs modis sibi exitium afferunt.

Sed ad discipulos redeamus, quorum nemo intellexisse dicitur, in quem finem Christus hoc Iudæ dixisset. Et paucos etiam hodie inuenimus, qui hypocritas, nocentissimos ecclesiæ hostes, ex se quisque quantumvis euidentibus agnoscere possint aut velint. Ergo quidvis aliud, quàm hoc quod res erat, cogitant, & ex re presentis occasiones petunt hæc verba interpretandi. Nam alij de ijs coenæ locum putant, quæ ad festum erant necessaria. Etsi enim iam nunc epulum paschale comedunt, aut abbat tamen festum illud diebus aliquot, quibus panes infermentatos edebant, quos propter ferias continuas prius parari necesse erat. Alij verò de pauperibus hoc dictum arbitrantur, ve eos aliquo donatio inuenet ex communi pecunia, cuius dispensator ille erat constitutus. Sunt autem hoc ingenio præditi pii, ve quæ non intelligunt, in meliorem sensum accipiant. Etsi enim charitas nimis suspicax, à qua alienissimos se esse produnt, qui præter causam grauem de quibusuis etiam optimè meritis sinistras suspensiones concipiunt. Abutuntur quidem hæc piorum simplicitate impij: tunc tamen est esse bona decipi, quàm iniquis suspicionibus homines innocentes in fame aut vitæ periculum adducere.

At quia discipuli hæc cogitandi occasionem ex eo sumpserunt, quòd Iudæ marsupium aut ararij sui curam Christus credidisset, admonet locus hic, ve de ecclesiæ opibus aliquid dicatur. Obseruauit enim hoc olim etiam D. Augustinus, cuius verba recitare libet propter eos, qui simpliciter omnes opes cum publicas cum priuatas damnare consueuerunt. Habebat ergo (inquit) & dominus loculos, & à fidelibus oblata conferuans, & suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiastica pecunie forma est instituta, vbi intelligeremus quod præcepit non cogitandum esse de crastino, no ad hoc fuisse præceptum, ve nihil pecunie seruetur à sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. Nam & Apostolus in posterum præuidens ait: Si quis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat eis, ve non grauetur ecclesiæ, quò veris viduis sufficere possit. Hæc Augustinus. Ex quibus primò apparet, nec rerum proprietatem, neque

Christus Iudæ suo permittit arbitrio.

Discipulorum ignorantia.

Opum ecclesiasticarum origo & ratio.

ecclesiasticarum opum asseruationem in scripturis damnari. Habuerunt enim sancti patres thesauri
maximas, quæ ipsi ex Dei benedictione obrigerant, & in nouo testamento inter Christi amicos &
discipulos fuerunt Iosephus ab Arimathæa, Lazarus Bethaniensis, Nicodemus & plures alij pre-
clari & diuites, quorum in Actis fit mentio, & quos nemo apostolorum propterea damnandos pene-
uit. Communes verò opes ecclesia semper habuit, vt idem Actorum liber testatur. Habuit autem
illas ex credentium liberalitate, vnde sua quoque Christum accepisse, supra capite duodecimo vidi-
mus; & Lucas capite octauo mulierum meminit, quæ illum suis facultatibus sustentarunt. Spem
neque autem fuisse istas contributiones ex ijs patet, quæ Petrus Anania & Sapphira dixit, cum
agri venditi pretio aliquid sibi reseruassent, totum verò attulisse videri vellent. Dicere enim, No-
ne si seruassent prædium, manebat tibi, & venundatum in tua erat potestate? Quoad verò opum
istarum, hunc suo exemplo nobis Christus tradidit. Apparet enim ex discipulorum cogitatio-
nibus, ipsi morem fuisse, vt tam sibi quam discipulis inde quæ ad victum necessaria erant emerent, &
mul ex sua tenuitate pauperibus quoque beneficeret. Hic ergo legitimus opum ecclesie usus est, in
ea parentur, quæ ad illius conseruationem faciunt: inter quæ primum locum doctrina & cura mi-
stris debet, nemo pius ignorat. Doctrina item scholæ inseruiunt, quarum curam olim prophetæ ha-
buisse scimus, & apostolorum tempore celebris fuit Antiochena ecclesia propter scholam, ex qua
bi præcones industrij & exercitati ad exteras gentes magno cum fructu prodibant. Pertinent etiam
templorum, scholarum & domuum ecclesiasticarum ædificia, quæ cum publicis ecclesie vtilitatibus
niant, ex publicis quoque eius opibus extrui & instaurari debent. At quia ecclesia pars non parua
sunt pauperes, hi quoque ex eisdem bonis ali debent: & ne priuata beneficentia occasio tollatur,
singuli priuatim quoque in publicum conferant, prout opus fore viderint, ne egestatis publica ex-
empla fiant, qui eiusdem corporis nobiscum membra sunt sub capite Christo, qui nos nobis peculiariter
cepit commendauit. Hæc nunc breuiter perstringimus, quia alibi plura dicta sunt, & sepe ad
dem dicendi locus occurrit. Curent modò qui bonorum ecclesie dispensatores sunt, ne ea in alios
suis transferendo Iudæ socij fiant. Quod si fecerint, ministrorum fuerit eos arguere, magistratus ve-
rò illorum sacrilegia penitus dignis coerceant, ne paucorum peccatum in multos redundet.

Iudas à Christo
& discipulis
discedit.

Restat postrema huius loci pars, qua Iudas accepta offula statim exiisse dicitur: minimum
satana impulsus, qui ferre nequit, vt sanis admonitionibus in viam reuocetur, quos ipse semetipsum
uersos abripuit. Similia exempla in illis habemus hodie, qui ex sacris concionibus cum ceteris
bus casti è culina profugiunt, si quando liberius corripuntur. Noctem verò tunc fuisse euangelij
annotauit, vt animi in scelus ruenis ardorem exprimat, quem nec tenebræ nocturnæ impedire
tuerunt. Solet hic in illis maximus esse, qui se ipsos diaboli & peccati seruitio addixerunt, cum
tra frigidissimi simus in ijs, quæ nobis ex Dei mandato facienda iniunguntur. Neque tenebræ
rentur impij, sed eas querunt potius, vt sua facinora facilius occultent. Et ita fieri conuenit, vt
nebrarum potestate eos armatos esse omnibus constet, quod Christus ad se capiendum egressus
Lucam liberè exprobrat. Sed habebunt hi omnes digna suæ militia stipendia. Nos de
stri Iesu Christi bonitatem agnoscamus, quam hoc loco infinitis argumentis declarauit, vt illi
verò fide amplexi in eodem viuamus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum
Amen.

HOMILIA CXXVIII.

Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc glorificatus est filius homi-
nis, & Deus glorificatus est in ipso. Quod si Deus glorificatus est in
eo, etiam Deus glorificabit eum in semetipso, & statim glorificabit
eum. Filioli, adhuc paulisper uobiscum sum: quæretis me, & quem ad-
modum dixi Iudæis, quod ego uado uos non potestis uenire, etiam nunc
dico uobis.

NON temere neque sine graui ratione Dominus noster Iesus Christus quondam Ioannis Baptistae discipulis ad se querendum missis dixit: Beatus, qui in me non offenditur. Quia enim natura gloria huius seculi & temporariae felicitatis appetentes sumus, fieri non potest, quin crucis ignominia & afflictionibus offendamur, quae in ipso pie viuere volentibus imminet, quam primum carnis nostra rationem audimus. Itaque tam discipulis suis, quam nobis omnibus consultum volens Christus, multa morti suae praemisit, quae crucis scandalum remoueat. Huc enim pertinet, quod de illa discipulos sapienter admonuit, quod se voluntarium in mortem iterum praedixit, quod miraculosa Lazari resurrectione se mortis & vitae imperium habere ostendit, & alijs infinitis signis diuinam suam virtutem declarauit. Quibus omnibus nuper accessit actio, quam cum Iuda proditore infirmit, ut ostenderet nihil sibi inscio & praeter animi voluntatem euenturum, & se eum ipsum esse, quem illa propter generis humani redemptionem passurum esse, olim propheta praedixerunt. Et de his quidem Iuda adhuc praesente disseruit, quia de illis eum admoneri oportebat, ut de sceleris sui atrocitate cogitaret & inexcusabilis fieret. Nunc autem illo egresso, reliquos discipulos diligentius considerat, & mortis suae mysterium ita exponit, ut omne scandalum procul a medio auferat, quando illa tam suae ipsius quam patris gloria seruicium sit. Quia verò istam tractationem in Iuda descriptam usque referuimus, suo exemplo docet, fidei & regni sui mysteria sic tradi debere, ne indignis temere propofita, ab ipsis ludibrio habeantur. Quod alibi euidentius praecipit, ne sancti canibus proijciamus, aut margaritas porcis subseruamus. Audiant ergo hunc Christi sermonem, qui se huic totis animis consecraverunt, & eo confirmati crucis ignominiam contemnere, & ad omnem euentum constantiam fidei retinere discant.

Principio, qui paulo ante toto animo conturbatus cum Iuda proditore egerat, nunc quasi victor triumphans atq; exultans ait: Nunc glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est in ipso. Praeterea virtus pro futuris, ut rei mox conficienda certitudinem exprimat, perinde ac si medicus aut chirurgus decumbente adhuc aegroti certa sanitatis signa videns exclamet: Nunc sanata pars est, nunc morbi vim naturae superauit. Haec autem dicendo Christus discipulos a risti et scandalis pleno mortis suae spectaculo ad illius fructum reuocat, ut ex huius consideratione ipsi quoque animos novos colligant, in ipsius victoria atq; triumpho exultent. Et quia incredibile erat, ex ignominiosa crucis morte gloriam aliquam secuturam esse, argumento certo & infallibili hoc dictum suum probat, cum addit: Et Deus glorificatus est in ipso. Quod si Deus glorificatus est in eo, etiam Deus glorificabit eum in semetipso. Petit autem argumentum ex Dei iustitia & promissione, quam olim per prophetam promulgauit: Glorificantes me glorificabo, &c. 1. Sam. 2. Et ita concludit Dominus: Quicumque Deum glorificant, et ab illo vicissim glorificabuntur. At in me & in morte mea Deus glorificatur. Ergo me hic quoque glorificabit: ideoque vos meae mortis ignominia nequaquam offendi dect, quae gloria maxima causa atque materia futura est. Quia verò discipulos propter animorum confirmationem morae impatientes fore sciebat, addit: Et statim glorificabit eum. Vt autem haec reuera intelligantur, & maiorem consolationem nobis afferant, inquirendum fuerit, quomodo in morte Christi glorificatus sit Deus, & ut hic vicissim filium glorificauerit.

Quoad Christum & mortem eius, glorificauit is patrem primo sua obedientia, qua seipsum exinanuit & humiliavit ad crucis ignominiam usque, ut eterno illius decreto satisfacere. Vt enim principum maiestas in populi & subditorum fide atque obedientia maxime elucet, & pariter principum gloria sunt obediens & ad omne obsequium parati filij: Ita Dei patris maiestas & summum in omni creaturas imperium in hac filij sui vnigeniti obedientia clarissime cernitur. Deinde in Christi morte pater glorificatus est, quia in eo eum in speculo omnia ea coram videntur, quae Dei cognitionem in nobis pariunt. Est enim omnia eius opera eiusmodi sint, ut ex illis agnosci queat, nullum tamen excellentius eo est, quo filium suum in mundum misit, ut homo factus mortis suae merito miseris mortales redimeret & saluos faceret. In eo enim iustitia ipsius integerrima cernitur, quae ad hominum peccata adeo non conuertit, ut ea filij indigna morte expiari voluerit. Vicissim eiusdem immensa bonitas elucet, quae illum mouit, ut nostri miseris, filium in mortem tradiderit. Veritatis autem & fidei diuinae argumentum infallibile est, quod ijs etiam promissis deesse noluit, quae non aliter quam ignominiosa filij dilectissimi morte praestari poterant. Ita sapientia opus singulare fuit, quod

Christus morte sua glorificatus eadem patrem quoque glorificauit.

Quomodo Christus patrem glorificauerit.

...i patriat...
...Christi...
...plures...
...dammand...
...Habuit...
...duodecim...
...nari...
...Spen...
...ca dixit...
...Dicie...
...oad vero...
...orum cogit...
...ant emer...
...clesia...
...na...
...lim prop...
...olam, ex...
...Pertinent...
...clesia...
...ie pars...
...occe...
...atis public...
...obis pecun...
...e, & sepe...
...te, ne ea...
...e, magist...
...ludet...
...icium: nimirum...
...os ipse...
...eus canes...
...he fuisse...
...urna imp...
...axerunt...
...Legue...
...ri conuen...
...Nos...
...larauit...
...testas in...

eam salutis nostrae rationem inuenit, qua & iusticia satisfaceret, & simul locum haberet gratia, qua nos saluos esse volebat. Omnipotentiam verò inuictam declarauit, quando per carnem nostram, pater filius assumpserat, peccatum, mortem, inferos omnemque aduersariam potestatem debellauit, & uiceris illius serpentis diaboli caput contriuit. Qui enim ista potuit in carne mortali & misera manifestatus, quid queso non poterit, si de caelo fulminer, & suae maiestatis vires aperire profertur? Hæc ergo quia in Christi morte elucet, recte dicitur, quòd per eam Deus glorificetur. Nam qui istam illi agnoscunt, hi se totos ei consecrant, illum timent, illi fidunt, & eidem intrepide seruiunt. Attende his, quòd Christus mortis suae merito homines Deo reconciliauit gratia diuina uultum nobis aperit, & per euangelij prædicationem filios Dei, qui (ut supra capite undecimo dictum fuit) miseris desperati erant, collegit, & ad uerum Dei cultum adduxit. Possent hæc fusissimè exponi & diducari, nos summa modo rerum capita percurramus, ut argumenti ueritas, quo hic Christus uictor pugnis elucescat.

Ut pater filium glorificauerit.

Quia uerò ad hunc modum Deus in Christo & morte eius glorificatus est, ille uicissim iusticia & promissionis memor, hunc quoque glorificauit, & quidem continuo, sicuti in sequenti dicitur. Cœpit enim glorificatio Christi in ipsa cruce, quando illo inter latrones suspensio solus aduersus contraxit, uelum templi scissum est, terra immani motu tremuit, petrae dissiuerunt, sepulchra aperta facta, & multorum animi ita consternati sunt, ut publicè Dei filium esse faterentur, cui parati erant plus quàm scurrili dicitate illi seruire. Quid quòd Pilatus publico scripto supra caput crucis apposito, hunc regem Iehudim, id est, uere credentium & cultorum Dei esse testatus est, neque postquam monitis se moueri passus est, ut scriptum illud mutaret? Nec parum fecit ad asserendam gloriam sepultura, quæ ipsi admodum honorifica obtigit, & in qua Senatorij ordinis uiri, Iosephus & Nicodemus, innocentia illius testimonium tulerunt. Secuta mox est resurrectio gloriosa, in qua angeli caelo delapsi suum illi obsequium præstiterunt, & terra nouo motu concussa rediuit in orbem, quem prius cum horrore intra uiscera sua receperat, custodes autem eius splendore primam consternati, deinde uerò primi resurrectionis illius testes facti sunt. Inde uerò in caelum receptus carnis quoque suam æterna immortalitate donatam ad Dei patris dexteram collocauit, ubi caelestis imperii confors uiuit & regnat. E caelis autem missus Spiritus sanctus apostolos uarijs iam donis inspirauit, excitauit, ut euangelij prædicatione omnes gentes ad fidem Christi adducerent, ut in toto orbe ageretur Dei filius & humani generis redemptor, quem Iudæi paulò ante tanta cum ignominia receperant. Et durat hæc Christi gloria in hunc usque diem, & in finem seculi usque in terris quoque durat, quando ecclesia inter medios hostium conatus atque furoris perpetuò seruabitur, donec olim ab illa uentus mundi corruptibilis machina, suos ad se colliget Christus, impios uerò regni sui hostes æternorum cruciatibus adiudicabit. Sunt hæc totius scripturæ sacræ testimonijs confirmata, quæ non passim occurrant, longiori demonstratione non est opus. Hæc ergo inter mortis suae recordationem simul animo uolens Christus, in tam letas uoces erupit, quibus discipulos simul & nos omnes excitat, ut gloriae eius consideratione confirmati, crucis ignominia nequaquam offendamur.

Quid in mortis articulo fieri debeat.

Cæterum quod de seipso dicit Christus, hoc singuli ad se transferre debent, ut discant, quid in mortis articulo fieri debeat. Est hæc carni terrificata admodum, & Dominum quoque eius recordatione conturbatum fuisse audiuius. Ut uerò is in gloriam, quæ mox secutura erat, respexit, & in contemplatione seipsum simul & discipulos consolatus est, ita nos quoque animi oculos à mortis horribili specie ulterius in gloriam, quæ nobis in caelo reposita est, extendere conuenit. Ibi enim (ut propheta ait) præparauit Deus diligentibus se, quæ oculus non uidit, neque auris audiuit, & quæ ne mensura quidem uerè & perfecte concipi possunt. Nec decet, ut quorundam scurrilibus dictis decepti de horum certitudine dubitemus. Quod enim propheta dixit, hoc ipsum Christus sua auctoritate confirmat, quando suos eò uenturos ait, quòd ipse profecturus sit, ut ad suam mensam edant in regno patris sui. Hoc argumento olim Iobus seipsum consolatus est, & Paulus ideo dissoluit eum Christus excipiebat, quòd sciret apud eum repositam sibi esse coronam iustitiæ, quæ omnibus debetur, quæ uenturum ipsius gloriosum desiderant. Eoque firmior atque efficacior apud nos esse debet consolatio ista, quòd absque mora in felicitatem hanc transeunt animæ piorum, quam primum hoc corporis mortalitatis ergastulo solutæ fuerint. Supra enim dixit Dominus capite quinto: Qui audit uerba mea, et

dati qui misit me, habet vitam aeternam; & in iudicium non venit, sed à morte transiit in vitam. Neque nos terreat afflictionum diuturnitas, quæ reuera nulla est, quando vitæ curriculum breuissimum spatio terminatur: sed potius gaudij futuri & nunquam finiendi aeternitas omnem huius seculi turrorem mitiget.

Debet præterea generalis doctrina ex hoc Christi argumento peti, quod omnes ij gloriam & honorem à Deo consecrari sint, quicunque ipsum glorificarint. De hoc enim generalem promissionem olim datam esse supra diximus. Glorificatur autem Deus præcipue per fidei obedientiam, qua nos totus ipsius voluntati subijcimus, & ad quæuis ipsius nomine faciendæ aut ferendæ parati sumus. Admonet nos de hoc orationis dominicæ ordo. Cum enim primo loco petamus, vt nomen Dei in nobis sanctificetur, mox subijcimus: Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicuti in celo etiam in terra. Quod qui ex animo faciunt, ij Deo iustitiæ, veritatis, sapientiæ & bonitatis testimonium deferunt, dum ad voluntatis diuinæ præscriptum vitam suam omnem componunt, simulque suo exemplo multos alios ad Dei cognitionem & verum cultum adducunt: & in afflictionibus admirabili constantia fidei omnes excitant, vt Christi mysteria ipsi quoque scrutentur, et cum illo coniungi cupiant, cuius tantam virtutem in credentibus conspiciantur. Cupit quidem mundus infelix tales omni ignominia obrutere & funditus delere: sed nihil aduersus Deum proficit, qui suos honore & gloria coronare decreuit. Sunt hæc exemplis insinuitis ab ipso mundi exordio confirmata. Voluit Abeli memoriam & nomen tollere Cain, sed sibi ipsi quidem perpetuam infamiam peperit, illius autem gloria publicè & inique terrarum celebratur. Sic aduersus Dauidem quàm plurimi insurrexerunt, qui primo illum à regno excludere, deinde de illius solio deturbare conati sunt. At quia Dei cultor erat fidelis, eiusque gloriam serio promouebat, illorum quidem conatus in fumum abierunt, ipse verò victorius & regni potentia illustratus factus est. Idem Ezechia accidisse constat, & alij nonnullis, qui istorum vestigia secuti sunt. Debent in hoc catalogo recenseri propheta, apostoli & omnes veterisq; testamenti Martyres: quos olim quidem impij omni ignominia affecerunt, at eorundem anime in caelis viuunt, memoriam verò in terris seruauit Deus, quæ apud eos etiam in pretio habetur, qui ab illorum fide sunt alienissimi. Ita ergo sibi applicent, quotquot sibi auctoritate opus esse vident. Queruntur de collegij principum existimatione & Senatorij ordinis maiestate, qui in magistratu sunt constituti. Eadem parentum de suis liberis, herorum de seruis, maritorum de coniugibus querela auditur. At que vitius mali causa sit, mox apparebit, si quàm frigidus sint omnis loci & ordinis homines in asserenda Dei gloria, consideremus. Cur ergo sua gloriæ contemptores Deus honore aliquo exornaret, qui prius omne genus ignominie merentur? Quod si illi zelum sanctum animo conceperint, mox suam quoque auctoritatem sibi augeri sentient. Quod verò de istis dicimus, hoc ad verbi quoque ministros pertinet, qui etia ipsi ferè in minori pretio sunt, quòd frigidiores sint in ijs, quæ ad Dei gloriam quàm maxime pertinent.

Porro ne hæc Christi verba ex carnis sensu discipuli acciperent, apertius de sua morte loquitur, & quid ipsi passuri sint admonet, vt ad quæuis aduersa fidei constantia armentur. Sunt autem verba eius admodum pathetica, quòd alius animis ipsorum insideant. Filioli (inquit) adhuc paulisper vobiscum sum, & car. Filiolos vocat, vt & ipsos suæ infirmitatis admoneat, qui pupillorum instar tutore & protettore opus habeant, & sibi eos cordi esse ostendat. Estque in blandis hisce vocabulis obferenda diligenter Dei bonitas, qua nos in Christo filio suo complectitur. Quos enim hic filiolos dicit, alibi fratrum nomine dignatur: & titulos istos ad omnes, qui credunt in ipsum, extendi debere, ipse non vno loco admonet. Ex ipsis certè iussu clamamus, Pater noster, qui es in caelis, &c. Et infra illum dicentem audiemus: Nò pro hisce modò discipulis oro, sed pro omnibus, qui per sermonem tuum in me credent. Hinc ergo colligamus, nos etsi in mundo hoc inter medios hostes exulemus, non tamen orphanos & omni presidio destitutos fore. Quomodo enim eos negligat Dei filius, quos filiolorum & fratrum loco habet, & cum quibus se mansurum promisit vsque ad consummationem seculi? Quod si filij & fratres sumus, utiq; heredes quoq; erimus; heredes quidem Dei (vt Paulus ait) coheredes autem Christi. Interim nostri officij esse cogitemus, vt nominibus istis respondeamus, ne quando ex ore proprio iudicemur, quando à filiorum Dei & fratrum Iesu Christi ingenio atq; morte alieni deprehendemur.

Qui Deum glorificant, ipsi quoque glorificabuntur.

Discipulis prædicit propinquam mortem.



Discipulis, quid
passuri sint,
prædicit.

de quibus
apostolus
ait: quod
non est
in mundo

Que eorum cō
ditio sit, quos
sua præsentia
Christus desti
tuit.

Quid verò istis dicit Dominus? Adhuc paulisper vobiscum sum, & cetera. Id verò de corporali præsentia et corporali in terris cōversatione dicit, quæ brevi finem suū sit habitura. Ita enim ipse hæc verba exponet, quando se posthac in mundo fore negabit. Tunc ergo quæretis me, nimirum quando gravissimis afflictionibus circumventi cupietis vel mea præsentia corporali frui, vel ex corpore exire, & mecum in cælis vivere. Sed quod aliàs Iudæis dixi, id vobis nunc dico, quod non poterit adhuc eò venire, quò ego abiturus sum. Prius enim vestrum etiam cursum vos absolueret, & huius seculi plene defungi oportebit. Repetit autem quæ supra Capite septimo Iudæis dixerat, sed non eodem sensu. Iudæis enim repudium minatus fuit, & quòd in extremis calamitatibus bellorum cum ululatu Messiam olim promissum quaesituri sint, quem nunc sese ipsis benigne offerentem, impie reiiciant. Discipulos autem de his admonet, ut eadum more illis mitiget, ne in contemptum præcipiti desiderio abrepti, cursum sibi à Deo propositum ante tempus abrumpere velint, sed patienter ferant in finem usque, quicquid illis Deus imposuerit, simul etiam excitat, ut quando præsentia sua non semper frui possint, attentius nunc omnia obseruent, ut postea in adversis melius instruantur.

Continent autem hæc quoque Christi verba generalem doctrinam, quæ nimirum eorum præsentia que conditio, quos sua præsentia vel modicum Christus destituit. Sentiant tunc demum quam finem in hoc præsidium habuerint, & eum anxie quærent, cuius quando præsens erat, non adeo magnam gratulationem habebant. Est hoc magnum corruptionis nostræ argumentum, quæ in sanctis quoque reterdum cernitur. Discipulos certè constat minus diligenter observasse Christi beneficentiam, quando cum ipsis agens eos adversus hostium insidias cuebatur, et necessaria omnia liber aliter providebat, ut nihil unquam ipsis defuerit. At iidem procul dubio postea non sine profundis gemitibus conditionis istius pristinae recordati sunt, quando egeni hinc inde peregrinabantur, algebant, esuriebant, et in persecutionibus omne genus malorum sufferebant. Ita hodie pauci dignè æstimant Christi beneficentiam, quando per verbum suum nobis coram loquitur, nos de rebus agendis admonet, & in tentationibus fidelissimè consolatur. At quando iidem doctrina hac destituti, vel in conscientia restant incident, vel falsis doctoribus ludibrium aut præda fiunt, tunc haud dubie acerbo desiderio libertatem fidei requirunt, quam modò vel ingrati negligunt, vel impij nimis quavis servitute dorem putant. Minus est tale quid Amos propheta Iudæis, sic per illum loquentem Dominus: Eius dies venient, & mitam famem in terram, non quidem famem panis, aut sicam aquæ, sed audidit verba Dei: Et oberrabunt à mari ad mare, & ab Aquilone usque ad Orientem vagabuntur quærent verbum Domini, nec invenient, &c. Impleta sunt in Iudæis, & vitiam eorum diligentius monstrassent, qui hodie otio & pace abundant, donis autè Dei tam salutaribus impiè abutuntur, hinc ex eo consolationem petant pij, quòd non omnem spem liberationis Christus admittit. Est enim verum ipsum sequi non possunt, sequuntur tamen suo tempore, ubi sua vitæ cursum absoluerint, in quo longis momentis aliquò usque proficiunt. Curent modò ut hunc sibi suorum studiorum scopum & propositum habeant, ut Iesu Christi vestigia secuti, illum tota vitæ referant, & olim ad illam læstam patriam colligantur, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum Amen.

HOMILIA CXXXIX.

Præceptum novum do vobis, ut vos invicem diligatis: sicut inquam dilexi vos, ut etiam vos alij alios diligatis. Ex hoc cognoscetis omnes, quòd discipuli mei sitis, si charitatem habueritis alij in alios. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò abis? Respondit ei Iesus: Quò ego abeo, non potes me nunc sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me ponere? Amen amen dico tibi, non canet gallus usquequò me ter abnegaveris.

Quemadmodum præcipua mortis Iesu Christi causa est dilectio, qua is miseris nos complaxus est: ita dilectione istam tunc maxime quàm plurimis argumentis testari volumus, quòd

de mortis horam instare sciebat. Inter qua non postremum est, quod pij parentis instar discipulos de omnibus ijs amicis admonet, quae ipsis cogniti & obseruati necessaria erant. Et primo quidem, quia sui discipulus mentionem fecerat, quem illis non acerbum modo, verum etiam scandali plenum fore sciebat, ostendit illum sibi & patri gloriosum fore, & proinde crucis ignominia neminem offendi debere. Deinde de periculis, quae ipsis imminabant, rectius illos admonuit, ut ad diligentiore eorum qua dicebantur, considerationem eos exciteret. Sequitur nunc locus praesens, quo primum docet, quid ipsi interea facere, & quam vitam suae in hisce terris rationem sequi debeant. Deinde occasione per Petrum oblata, periculum illis aperit, ut sibi preparatione diligenti & inuicta fidei conuicta opus esse intelligant. At hic nos meminisse oportet, generale nobis a Christo doctrinam proponi, quae necessario sequi oporteat omnes, qui salutis per ipsum acquisite participes fieri volunt. Quia enim ex hoc mundo discessurus suos discipulos et sectatores mandatis instruxit, satis euidenter apparet, illum nostri curam non deposuisse, & olim reditum esse, ut a nobis omnium quae fecimus, rationem exigat. Ita ergo in huius loci consideratione versemur, ut nobis dicta putemus, quae ille discipulis non temporis dixit.

Quoad primum sic ait: Praeceptum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis: sicut inquam dilexi vos, ut etiam vos alij alios diligatis. Sunt verba haec clara per se, nec quoad literam multa explanatione opus habent. Dilectionem enim mutuum illis praecipit, & huius praecipit nouum dicit, non quod nullum antea fuerit, sed propter nouum modum, quo illud promulgatur, & exempli nouitatem, quo eius rationem explicat. Scimus enim in Lege etiam olim dictum fuisse: Diliges proximum tuum, ut teipsum. Et propheta passim dilectionem mutuum praecipit, & sui seculi homines propter neglecta eius officia grauissimè reprehendunt. Non ergo nouum per se & haecenus inauditum est praecipit hoc, sed nouo modo proponitur & nouo filij Dei exemplo commendatur, quod veteribus non plene cognitum fuit, licet in illius aduentum omnes illi respicerent. Lex enim nos dilectionis modum suae regulam esse nobis ipsis petere iubet, dum ait: Diliges proximum tuum, ut teipsum. At Christus alius quiddam & praestantius praecipit, ut nimirum proximos diligamus ad ipsius exemplum, qui nos magis quam seipsum dilexit, sicuti ex eo apparet, quod cum esset in forma Dei, propter nos homo fieri, huius vitae molestias subire, & tandem vitam suam pro nobis profudere dignatus est. Huius autem nos admonet in praesenti, ut simul praecipit hoc, quo nullum in huius vitae curriculum magis necessarium esse obseruatum, nobis a nouitate commendat. Solet enim ferè maxima legum esse auctoritas, quando primum promulgantur, & eadem postea longiori temporis progressu in contemptum veniunt, aut etiam omnino tolluntur ex hominum memoria. Vult ergo ne quid huius fieri patiamur in hoc mandato suo, sed illud semper nouum aut recens, & proinde obseruatum necessarium putemus.

At nobis nunc primo videndum erit, cur omisis multis alijs, quae in scripturis praecipuntur, solum dilectionem ipsis commendet. Potest huius rei causa prima assignari ex re praesenti, de qua paulo ante Christus cum discipulis egerat. Nam hortatus fuit, ut deposita regni terreni cupiditate & ambitionis affectu, quo illos laborare videbat, humilitati studeant, & omni officiorum genere sibi inuicem seruiant. Quia autem haec sibi nunquam persuaderi patiuntur homines, nisi dilectionis vinculo inter se constringantur, de hac praecipit singulare dari oportuit. Deinde ut breuem pie & Christiane viuendi rationem praescriberet, charitatis studium commendat, quae praecipit Legem omnia continent, & quae virtutum omnium quasi mater atque origo est. Docet hoc Paulus, qui ad Romanos capite decimo tertio sic scribit: Nemini quicquam debeatis, nisi hoc ut alij alios diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit. Siquidem illud, Non machaberis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod aliud est mandatum, in hoc sermone summam comprehenditur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Caritas proximum non afficit malo, consummatio itaque Legem est Caritas. Quibus adde quae idem Paulus in priori epistola ad Corinthios capite decimo tertio, in charitatis laudem multis exponit, & mox videbis, Christum huic praecipit non abrogare alias virtutes, sed summam omnia completi, quae alibi fusius explicatur. Praeterea cum de eo admonere voluerit, quod filios Dei & suos discipulos maxime docet, non aliud mandare debuit, quam quod cum Dei ingenio et ipsius exemplo imprimis conuenit.

Dilectionem mutuum Christus praecipit.

Cur dilectionem praecipiat.



erò de corpore
Ita enim ipse
nimirum quanda
vel ex corpore
quod non poterat
soluere, & ma
ais dixerat, sed
nitatiouis delin
è offerentem, in
tempus praesentis
int, sed patiens
ando praesentia su
er instruit, quia
eorum fore sic a
um quam filium
on adeo magis
sanctis quoque
ne fecerunt, quae
alter prohibe
emissus conditio
er, & iurabant, &
ne Christi benefi
& in rem
cientiae tentare
do desiderio am
seruare dicitur
re Dominus. Et
sed audire
abuntur quod
diligentius mens
bucuntur, facti
mir. Esi enim
erunt, in quo leg
m scopum & p
olim ad illum
im. Amen.

at inquam
scit om
alios. Di
Quò ego
Dicit et Pe
am pro te
men amen

miseris nos
refari voluit, p
do

Est autem Deus ipsissima charitas, cuius thesaurus in omnes creaturas liber alissime effundit, dum quotidie seruat, alit, solemq; suum & pluuias tam bonis quam malis communicat: sed & Dei filius in carne manifestatus, absolutissimum summæ dilectionis & mansuetudinis exemplum nobis præbuit.

Merito igitur hoc præceptum præ multis alijs commendat.

Dilectionis mo-
dus & regula.

Quia autem caro nostra pro philantia omnibus innata ingenio in hac re admodum ingeniosus est, & nouas quotidie rationes excogitat, quibus sese excuset, quò minus charitatis officia indigentibus prestare cogatur: modum & regulam dilectionis talem præscribit Dominus, quæ omnia comprehendit, quæ de hac re dici possunt, simulq; omnes rationes confutat, quas suissimus amantissimus prætexere consueuerunt. Suum enim exemplum proponens ait: Sicut ego dilexi vos, ita vos alij diligatis. Videamus ergo quos nam dilexerit Christus, quomodo item dilexerit, & quousq; ad primum, ante omnes alios discipuli occurrunt, quos ex toto mortalium genere selectos amore singulari complexus est. At si videas, qui & quales illi fuerint, isto amore & honore omnino indignos fuisse deprehendes. Nam ut de vili & abiecta eorum conditione nihil dicamus, peccatores reprobosque, qui alijs affectibus occupati, de Christo ne quidem cogitauerunt, nisi hic illos sua gratia precinnare dignatus esset. Ideo illis infra dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Atqui eadem est omnium nostrum conditio. Cum enim ouium instar oberraremus, & non peccatores modo, reprobosque etiam inimici Dei & filij iræ essemus (ut scriptura loquitur) dilexit tamen nos Dei filius, & pro nobis homo factus causam nostram suscepit, ut saluos faceret. Quòd si spectes, quomodo suos dilexerit, minime iudicatum fuisse amorem istum videbis. Dilexit enim non verbis, sed re ipsa & operibus. Nam beneficia in illos infinita contulit, cura plus quam paterna eis prospexit, ut nihil iniquum illi defuerit, quod in vltima Cæna illos confessos fuisse Lucas scribit: seruauit item in periculis, ne quibus mali paterentur, etsi in medio hostium viuerent. Imò cum ad montem oliueti se vniuersos hostibus circumdatum videret, suorum tamen rationem habuit, eosque vnicò dicto liberauit, cum quæritis, sinite hos abire. Adhuc illorum vitia patientissime tulit, ut minime reiciendos putaret, quos rerum celestium rudes & affectibus prauis deducos, ad eundem lapidem subinde offendere videbat. Quousq; autem ista dilectio progressa est? Ad mortem vsq; cuius neq; ignominia neq; terribiles cruciatus ipsum abstergere potuit, quò minus vitam atque sanguinem pro nobis funderet. Et quòd cum fecit, quando discipulis suis conuersatus est, hoc ipsum hodie nobis facit, quorum infirmitatem menter sustinet, quos inter medios hostes tuetur, quos bonis corporalibus & spiritualibus donat, & indignissimis licet suæ mortis meritum quotidie offert, ut in ipso salutem consequamur. Ad hoc ergo modum nos quoque charitatem fraternam exercere conuenit. Et primò quid diligenter curandum est, ne quem dilectione nostra indignum putemus, siue ille pauper seu diues, doctus aut indoctus, illustris vel obscurus sit. Quia enim absque personarum respectu nos dilexit Dei filius, nec insolentes sunt, qui aliquem contemnere aut negligere audent. Etenim Christiana charitas in Deum intenta, neminem contemnere potest, quem Dei filium esse, & nobis ab illo commendatum esse audit. Non ergo qualis quisque sit curiosus scrutemur, sed quid illi à nobis debeatur, ne damnum eius, ne beneficium in indignum conferatur. Deo ipsi officium negauisse deprehendamus. Deinde non simulata sit charitas nostra, & (ut Ioannes in epistola sua loquitur) non verbis, sed re ipsa diligamus: quòd cum fiet, si eadem officia præstemus proximo, quæ Christum suis discipulis præstare se audiimus. Ad eundem verò scopum cum Christo tendentes, vitam quoque (si ita opus sit) pro tribus ponere parati sumus. Debet autem hoc non ita accipi, quasi nos pro facinorosis & latronibus mortis supplicium subire necesse sit: sed quæ ex officio debemus proximis, ea cum vita etiam periculo præstemus. Sic apostoli olim vitam suam exposuerunt, ut omnes gentes Christo lucrifacerent per euangelij prædicationem, cui illos Dominus destinauerat. Ita magistratus subditos suos ad mortem vsque defendere, & rursum hi quoque pro illis sanguinem vitamque profunderent debent. Eadem est ratio inter parentes & liberos, heros & seruos, coniuges denique & quosunque alios, qui filios suam alijs ex legitima aliqua vocatione obstrinxerunt. Sunt hæc quidem carni dura, sed quia Christi exemplo commendantur, quòd nobis vnicæ actionum nostrarum regula esse debet, ne quisquam excusationes & suffugia querent, quicunq; ista negligunt.

Dilectio disci-
pulorum Christi
nota est.

Itaque non contentus Dominus suum exemplum adduxisse, insuper alio etiam argumento

veritas, dicens: Ex hoc cognoscet omnes, quod discipuli mei sitis, si Charitatem habueritis alij in
 alio. Quasi diceret. Scio vos meos discipulos dici velle, & id haecenus publice non sine multorum in-
 iudicio professi estis. At qui discipulorum est magistri & praeceptoris sui praeceptis attendere, illius in-
 genium & mores referre, ita denique sua omnia instituire, ut ipsis visis & auditis mox appareat,
 cuius discipuli sint. Cum igitur ego totus charitas sim, & hanc doctrina simul & exemplo meo vo-
 bis commendam, nemo certe vos pro meis discipulis agnoscere poterit, nisi dilectioni inter vos mu-
 tuae fuerit. Nisi ergo à me profusus defecere, aut saltem falsi convinci volueritis, in hoc studium
 vos totis animis incumbere conveniet. Est autem in verbis istis probe observandum, quod non ait.
 Discipuli mei eritis aut efficiemini, si alij alios diligatis; sed, In hoc cognoscet omnes quod discipuli
 mei sint; & cetera. Scimus enim inter gentes quoque repertos fuisse, qui se invicem ita dilexerunt,
 ut mortem patius subire, quam amicos in periculis deserere voluerint, quales fuerunt Pylades &
 Orestes, Thefeus & Pirithous, Damon & Pythias, ut iam fidei coniugalis & pietatis in patri-
 am aut parentes exempla omittamus, quae historias legentibus passim occurrunt. Ergo charitas
 non facit Christianos, sed nos Christianos esse ostendit. Quod propter eos observari debet, qui ubi Cha-
 ritatis & operum eius mentionem fieri audiunt, mox contra fidei iustificationem insurgunt, & ope-
 rum salutis meritum tribuunt. Distingue ergo oportet inter causam & effecta. Christianum e-
 sse sola fides facit, quando nullum aliud medium est, quo Christum apprehendere & eidem in-
 scribimus. Qui autem per illam Christo sunt inscripti, & hunc diligunt, & in eo omnes simul alios
 homines sincero amore complectuntur, eos imprimis, quos eiusdem fidei vinculum ipsis deunxit.
 Ideo Paulus fidem per charitatem agere sine operari dicebat. Est ergo charitas vera fidei nota,
 quae nos Christi germanos discipulos esse ostendit, quae quotquot carent, ij fidei nequicquam glorian-
 tur, cum haec sine illa non possit consistere. In eos ergo illud Iacobi dicitur: Ostende mihi fidem tu-
 am ex operibus tuis; & cetera. Praeterea non minori diligentia hoc quoque observari debet, quod
 Christianorum notam sine resseram, ex qua agnoscantur, non in externa fidei confessione collocatam,
 non in miraculis, non in victorijs & felici rerum huius seculi successu, non item in ceremoniarum
 splendore & magnifico apparatu, sed in mutua dilectione. Possunt enim altera illa in impios quoque
 cadere, & multos in novissimo die rejciendos fore scimus, qui & Christum Dominum in ore professi
 sunt, & in eius nomine euangelium praedicarunt, atque miracula plurima ediderunt. Procul ergo
 hinc recedant, qui fidem quam ore profitentur, factis negant: qui item miracula iactant, in quibus
 non aliqua fides in Christum & charitatis Christianae testimonia videntur: aut qui victorias, opes,
 laetorum successus tonant: vel circa inanes ceremonias occupantur, & Christianismum in supersti-
 tioso vestitu, cucullis, cilicij, liri pipijs, ciborum discrimine, peregrinationibus, iussu, ferijs, vigilijs,
 & huius generis rebus consistere putant. E si enim ista magno cum conatu accumulent, verè tamen
 nullas conquiri potest propheticum illud: Quis requisivit ista de manibus vestris? Nos verò omi-
 si similibus huius exercitijs & procul abiecta hypocrisis & simulata fidei confessione, Christum fide
 vera complectamur, fidem verò hanc dilectione fraterna restemus, quae simul vitæ innocentiam &
 puritatem comprehendit.

Hic dicitur et aneamus nunc ad alterum huius loci caput, quod actionem Christi cum Petro
 continet. Pertinet autem haec quoque ad omnes discipulos, ut ex alijs euangelistis apparet, qui Do-
 minus illos omnes de periculo imminente & offendiculo, quod passuri sint, admonuisse scribunt. Ac
 nos hic ea modo narrat, quae cum Petro acta sunt, qui huic admonitioni occasionem dedit. Cum
 enim audisset dicentem Dominum, Quod ego vado, vos non potestis venire: ille praeteritis ijs, quae
 de charitate servanda idem Dominus monerat, quaerit: Domine, quod abis? Neg, dubium est, quae-
 stionis huius causam fuisse ardentissimum amorem, quo Christum prosequatur. Itaque durum &
 intolerabile ipsi videbatur, illum ab eis dinelli, & quodvis potius locorum cum illo abire decrevit, quam
 illum relinquere, quem solum verba vitae aeternae habere sciebat. Fuit hic pius affectus, non tamen à
 vitio omni alienus. Primum enim totus à corporali Christi praesentia pender, & de ea sollicitus magis
 necessaria negligit. Deinde rudis nimium & antedictorum immemor, ad discessum Christi mentionem
 perinde commouetur, ac si nihil huius unquam ex illo audisset. Sunt ergo Petri similes, quotquot ho-
 die de corpori Christi praesentia liigant, et eò usq; cõrendendo effervescit, ut omnis charitatis obli-
 ti,

Petrus quod
 Christus abitu-
 rus sit, rogat:

timè effundit
 sed & Dei
 pluri nobis
 admodum in
 tis officia
 que omnia
 sus amant
 ita vos ali
 & quousq
 electos am
 es omnino
 accato res
 sua gratia
 At qui eade
 es modo
 Dei filius
 modo suos
 re ipsa &
 nihil unquam
 periculis, in
 ndiaq; hosti
 liberant, cum
 rejciendos p
 de offendere
 a neq; terr
 ret. Et quod
 in infirmitat
 eu alijs don
 amur. Ad h
 diligenter ca
 doctus aut
 Dei filius, n
 a charitat
 commendam
 atur. ne dan
 hendamur. D
 verbis, sed r
 discipulis p
 ita opus sit
 orojis & la
 vita etiam p
 ho lucrifac
 ros suos ad
 e debent. E
 que alios, q
 ur a, sed qu
 det, nequic
 am argumen
 extat

pro fratribus suis agnoscere nolint eos, qui eundem cum illis Christum predicant, vno hinc sermone agnoscunt, eumque in caelis simul & in terris omnem potestatem accepisse, vnicuique sine ecclesia caput & gubernatorem esse docent, neque sua illa inhumanitate contenti, simul nobis viderentur, quod fraternam cum ipsis coniunctionem expetamus. Vnam vero id sincero pietatis affectu faceret, qui in Petro elucit, & non potius ambitioso contendendi studio abriperetur. Imitantur petra, quae Petrus, qui etsi quotidie Christum in euangelio de salutis & fidei nostrae mysterijs videret, Christiane officijs differenter audiant, tamen vbi ea praestanda sunt quae milites audierunt, non aliter faciunt, quam si nihil vnquam de his rebus audierint. Fit hoc, quando turbulenti homines non tam absurdis dogmata inuehant, aut quando à celeribus abstinere iubentur, & discipline Christianae iugo collum submittere. Tunc enim impostores illos quasi caelo delapsos attoniti audiunt, neque vno modo repetunt, quae illorum figmentis aduersa sepius ex scripturis audierunt: ad patientiam vnde disciplinae Christianae doctrinam perinde afficitur, ac si nihil huius in Dei verbo contineretur. Hoc autem haec nimis clara corruptionis nostrae argumenta, quae nos obseruare conuenit, vt ad ardentem verbi studium excitemur.

Christus Petrus
oculius suae
imperfectiois
admonet.

Ceterum, quia Petrus zelo pio duci, non malitiosa curiositate peccare Christus sciebat, etiam respondens illum admonendi & instituendi occasionem capiat. Dicit enim: Quod ego abeo, non potest me nunc sequi, sequeris autem postea. Quo dicto, partim in tempestiuum illius desiderium reuertitur, partim spe bona illi sulcit, ne se perpetuo exclusum fore putaret. Sensus ergo verborum Christi est: Tu me in regionem aliquam longinquam abiturum putas, vbi aut tutius vita ducere, aut magis cum fructu officio meo defungi possim, & tibi comes esse cupis. Sed multum falleris. Ego enim de morte mea loquor, quam vbi subiero, ex terris hisce in aeternum patris mei regnum & caelestis beatitudinis sedes abibo. Id vero tibi nondum dabitur, neque adhuc ed vsque profecisti, vt mea causa morerem spernere, & ita mortalem hanc vitam cum aeterna commutare possis. Non tamen ideo animam deponas. Quod enim nunc tibi negatur, hoc suo tandem tempore tibi dabitur, vbi cursum tuam finitum absolueris: & tunc etiam morte & sanguine tuo, quod mihi dedisti testimonium confirmabis, & quod cum in caelis viues. Nunc itaque tua forte contentus, tibi creditam stationem tueri stude, donec ad altiora vocatus fueris, &c. Docemur nos isto exemplo, electos non semper ad omnia instructos esse, sed in multis interdum deficere, quae in fide perfectos facere decet. Manet enim etiam post acceptum Christi spiritum infirmitas carnis & innata nostra natura corruptio: qua fit, vt sepe mortis terrae vincantur qui suo tempore inuicti & ferrei sunt. Ita Paulum Corinthi trepidauisse legimus, quando postea constanti animo Hierosolymam festinauisset scribit Lucas, vbi sibi insidias struktas esse vidit, imò idem coram Romanis praesidibus & rege Agrippa, ipso denique Imperatore Nerone, nefariorum crudelissimo tyranno, Christi causam intrepidus egit. Ista vero nos officij admonent, ne vel aduocemere damnemus, in quibus infirmitatis humanae vestigia apparent, vel ipsi zelo praecipui et incognito festinemus ad ea, quae vires nostras superant, et ad quae nondum vocamur à Domino. Hoc praeterea haec dulcissimam consolationem, quod infirmitatem nostram Deo probe cognita esse sciamus, qui certa quoque vitae nostrae tempora constituit, quidquid quouis tempore nos ferre aut pati oporteat prauidit. Quia enim idem ille (vt Apostolus ait) fidelis nostrisq; amans est, nos vltra vires nostras non patitur, sed singulis momentis nouas vires largitur, vt ipsi serendis sufficiamus, quae non imponit. Quod si ad altiora aspirantibus vires negantur, aut etiam in medio conatu turpiter labentibus non ideo nos desperare cōuenit, sed Dei iustum iudicium agnoscamus, qui si concessis donis maiori modestia vtamur, illa augetur in posterum, vt indies magis magisque proficiamus.

Petri confidentia.

At nondum ed vsq; in Christi schola Petrus profecerat: ideo hoc Domini dicto commotus, respondit nimis & proteruè responderet: Domine, quare non possunt te sequi nunc? animam meam pro te ponam. Quasi diceret: Et quae nam illa via est? tam ardua, quam ego subire nequeam? aut quare labor tam improbus, quod periculum tam graue fuerit, quod ego non possim vincere, qui vna me tua secretaui, vt animam & vitam potius profundere, quam te relinquere decreuerim? Ad idem hinc alia, vt alij euangelista annotarunt, inter quae hoc etiam dixit: Etsi omnes offenderint, et non ego. Videntur haec animi magni & intrepidi verba esse: sed si propius inspiciantur, multa in his pariter simul concurrunt. Nam primò sui ipsius fiducia ebruius de seipso pollicetur, quod non erat factum

...scilicet, turpem suam ignorantiam prodit, quod nec seipsum quidem adhuc noverit, qui se multos alios
 ...esse putabat. Deinde fratribus & collegis suis nimium insolenter insultat, dum illos quidem
 ...passuros esse concedit, se vero ex eorum numero eximit adeoque se unum omnibus illis praefert.
 ...at hoc alienissimum a charitatis ingenio, quam Christus paulo ante tam graue illis comen-
 ...dauit. Adhuc Christo contradicens, illum tantum non mendacium accusat, & quem de aeternae salu-
 ...tatis mysterij differentem pro suo praeceptore agnouerat, illi nunc fidem derogat de carnis infirmitate
 ...loquens, quam in semetipso toties erat expertus. Sunt haec non leuia peccata, imo quouis supplicio di-
 ...gnae erant. Petrus, si sui iudicij rigore Deus uoluisse, & sane dignus fuit, qui seipsum tam arro-
 ...ganter essendendo, postea turpius reliquis laboraretur, ut tam tristi exemplo disceret de seipso modestius
 ...sentire. Sed est hoc carnis nostrae ingenium, & eo usque progrediuntur, qui carnis zelo sese abripi si-
 ...cunt. Vbi enim nos fide praeditos & in Christi uocatione aliquid usque progressos esse sentimus, tunc ni-
 ...hil non nobis ipsis tribuendo pericula quaeuis contemnimus, dum illa longius absumus. Et quia natura
 ...ambitiosius sumus, mox aduersus fratres etiam efferrimur, & insolenter eos contemnimus, in quibus aut
 ...spiritus sancti dona exoculari, aut infirmitatem, si quae in illis uidetur, patienter ferre atque corrigere
 ...debeamus. Quod si iidem periculis nos propius uirgenibus fidei constantiam & fortitudinem decla-
 ...rare debemus, ferre turpissimos nos damus, & ita nostrae temeritatis & insolentiae poenas dignas lui-
 ...mus. Ideo ferre suos Dominus multis modis humiliat, ne donorum excellentia elati in perditionis praeci-
 ...piti ruant. Seruiat itaque omnium nostrum institutioni hoc Petri exemplum, ne nobis ipsis & uiribus
 ...nostris, sed solius Dei gratia fidamus per Iesum Christum, qui nostrae infirmitati medebitur, si nos abs
 ...se non pendere uideat. Quod si uero perniciose est donorum spiritualium fiducia, quam obsecro stulti
 ...et ridiculi sunt, qui lubricis fortuna bonis eo usque insolecunt, ut salutis suae securi Deum simul atque
 ...homines contemnant & negligant?

Sed ad Christum redeamus, qui adhuc amicum quidem & humaniter cum Petro agit, sed tamen illum
 ...grauiter admonet de eo, quod praeter officium facturus erat. Animam tuam (inquit) pro me pones? A-
 ...men dico tibi, non careris gallus, usque quod me ter abnegaueris. Est hic diligenti consideratione
 ...digna Christi mansuetudo. Sciebat is, quid Petrus, quid reliqui discipuli facturi erant. Videt praeter
 ...ita magnam in illis confidentiam, & Petrum satis contumeliose sibi in os obloquentem audit. Fere
 ...tamen illos omnes patienter, & quamuis Petro suum lapsum praedicat, non tamen amarulentius aut
 ...ipominiose illum corripit, non hostiliter illi peccatum exprobrat, multo minus est contubernio suo
 ...erit. Consideretur nos ista Domini bonitas, cuius argumeta in nobis ipsis quotidie multa experimur.
 ...Sunt uero et exempli eius imitemur, ut ipsi quoque infirmiores in fide feramus, dum modo infirmitate,
 ...non malitia peccant, & quoad reliqua fidei fundamentum retinent, & Dei causam animo sincero
 ...equat. Pertinet haec, quae Apostolus graue admodum scribit ad Rom. 15 & 14. ad Gal. ite cap. 6.

Dicit praeterea locus hic de abnegationis peccato iudicare, quod nonnulli in Petro accusant, aut
 ...silem extenuant, ne illius atrocitatem in semetipsis agnoscere cogantur. At Christus ait: Non ca-
 ...ueris gallus, usque quod me ter abnegaueris: & idem alibi eos, qui ipsum negant coram hominibus, dig-
 ...nos pronuntiat, quorum ipsum quoque pudeat, cum olim in gloria patris ueniet ad iudicandum uiuos &
 ...mortuos. Videamus ergo quid Petrus fecerit, quid dixerit. Primum (ut Matth. scribit) ancillulae
 ...de Christo quaerenti respondit: Nescio quid dicas: id quod dissimulatio potius & prudens coepta de
 ...se suspitione declinatio, quam Christi abnegatio, multis uideri poterat. Deinde ab altera interroga-
 ...tus ait: Non noui hominem. Tandem hoc quod dixerat, iuramento quoque confirmauit, cum ipsi for-
 ...tius instarent sacerdotum serui & milites. Quia uero haec omnia inter abnegationis species Christus
 ...recenset, hinc abnegari constat, quancumque fidem in illum aliqua ratione dissimulamus, siue id ex
 ...pudore, siue metu fiat. Obseruauit hoc isto loco D. Augustinus, qui inter alia sic scribit: Dicit licet,
 ...nescio hominem: dicit licet, homo nescio quid dicis: dicit licet, non sum ex discipulis eius, me negabis.
 ...Si quid dubitare nefas est, Christus hoc dixit, uerumque praedixit: procul dubio Petrus Christum nega-
 ...uit, non accusamus Christum, cum defendimus Petrum: peccatum agnoscat infirmitas, nam menda-
 ...cium non habet ueritas. Agnouit plane peccatum suum infirmitas Petri, prorsus agnouit, & quan-
 ...tum mali Christum negando comiserit, plorando monstrauit. Ipse suos redarguit defensores, et uide eos
 ...tenacitas, producit lacrymas testes. Haec August. de quibus suo loco plura dicendi occasio dabitur.

Petri abnegatio praedicitur.

Abnegationis peccatum quale sit.



Petrus ad galli
cantum remittitur.

Nunc istud quoque obseruemus, quod non sine signo lapsus illi predicat Dominus, de gallicantu mirum illum admonens, quod ille abnegando sit praeventurus. Voluit enim, ut hoc audiret, Petrus in peccato suo cogitandi occasionem haberet. Videtur autem hoc non vile modo, verum etiam ridiculum esse, quod tantus Apostolus per galli cantum admoneri debeat. Sed ita confundi oportuit eius confidentiam, ut gallum haberet praecceptorem & magistrum, qui Christo obloqui ausus fuerat. Et sic frequenter, ut ad pecudes & bruta animalia ablegentur, qui ex Dei verbo nolunt discere. Exempla habes Isaia 1. & Ierem. 8. cap. Et Balaam ab asina se redargui & accusari audiuimus, qui Deum monitorem audire noluerat. Quod etiam refertur debet, quod interdum ab inimicis suis & malis pretij hominibus nobis vitia nostra exprobrantur, quae per Dei verbum admoniti corrigere volumus. Ita vero Deus suam erga nos bonitatem exercet, dum ex quavis re occasiones nobis proponit, quae nos in interitum ruentes reuocent & officij admoneant. Quam ita nos agnoscere decet, ut nihil vile aut contemptum dignum putemus, quod aliquam nobis meliora cogitandi occasionem praebet. Sunt enim haec gallicantia, quae non sine numine nostris auribus & oculis obstreperunt. Petrus enim quia non spreuit galli cantum, cuius ipsum Dominus admonuerat, per hunc ad veram penitentiam excitatus est, quae illum iam plane perditum in vitam reduxit. At o miseris nos, qui hodie non tonitruis quidem & horrendis irae Dei iudicijs mouemur, ut ad Dominum conuersi, seuerorum poenitentiam agamus. Porro omnium, quae hucusque dicta sunt, hic nobis vsus sit, ut per Christi discipuli efficiamur. Fit hoc fide, qua Christum apprehendimus. Hanc vero non confusum modo & externis ceremonijs, sed mutua dilectione testemur, quae nobis omnium actionum regulam esse debet. In periculis item constantes simus, neque nos vnquam nostri seruatores pudeat. Item nostrae infirmitatis memores, in vno Iesu Christo spem collocemus, in quo possumus omnia. Illi datur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

CAPVT XIII.

HOMILIA CXXX.

Ne turbetur cor uestrum. Creditis in Deum, etiam in me credite. In domo patris mei mansiones multae sunt: si minus, dixissem vobis. Vado ad parandum vobis locum. Et cum abiero, & paruero vobis locum, rursum ueniam, & assumam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, etiam uos sitis. Et quod ego uado scitis, & uiam scitis.

Argumentum
trium sequentium
Cap.

XPOSUIT hucusque Ioannes, quae Dominus noster Iesus Christus inter caenitentiam discipulis suis egit. Sequuntur deinceps duae conciones, quarum alteram eodem in loco, alteram vero in via habuit, cum ad montem oliueti exiret, ubi se ab hostibus suis captum esse sciebat. Sunt haec multa consideratione dignissima: primum, quod postremo, quoque in mortali corpore, & iam mortem aditurus habuit: deinde, quod res graues & cognitum magnas continet. Consolatur enim his non discipulos modo, quos tunc habuit, verum etiam omnium colorum pios aduersus omnis generis pericula, tam spiritualia quam corporalia. Ad haec sua mensura fructum & usum diligenter exponit, & ita quidem, ut summam totius doctrine de vera fide ad vnuerso salutis nostrae negotio perfecte comprehendat. Et quia praesens hic locus omnium, quae postea fusius dicentur, periochen continet, illum propius inspicere proderit.

Ne turbetur
cor uestrum.

Propositio & summa consolationis est: Ne turbetur cor uestrum. Causa autem vel occasio huius dicti ex precedentibus petitur. Dixerat enim de Iuda proditore, de periculis mox exorturus, scandalo quod ipsi omnes passuri essent, quodque Petrus, qui reliquis feruencior erat, ipsum per hunc galli cantum turpissime esset negaturus. Quae omnia etsi illorum animos, nimia proprie fiducia elatos, tunc non multum mouerent, sciebat tamen fore, ut non multo post metu & terrore absorpti grauisimas tentationes subirent, quando ipsum quidem ab hostibus captum, suam